








GRAMMATICA

LINGUAE ARMENIACAE.



AUCTORE

H. PETERMANN,

DOCT. PHIL. ET PROF. EXTR. IN UNIVERS. LITER. BEROLIN.

BEROLINI,

SUMPTIBUS G. EICHLER.

1837.

592.

VIRO

ILLUSTRISSIMO AC REVERENDISSIMO

PLACIDO SUKIAS SOMAL

THEOLOGIAE DOCTORI ARCHIEPISCOPO SIUNIAE ET ABBATI GENERALI CONGREGATIONIS ARMENIACAE MECHITARISTARUM IN INSULA STI LAZARI PROPE VENETIAS FLORENTIS

FAUTORI MULTIS NOMINIBUS COLENDO

NEC NON

VIRIS

EXIMIIS, REVERENDIS

EDUARDO HURMUZIO

ET

RAPHAELI DE TRENTIIS

DOCTORIBUS THEOLOGIAE ET CONGREGATIONIS MECHITA-
RISTICAE IN INSULA STI LAZARI FLORENTIS SOCIIS

PRAECEPTORIBUS AESTUMATISSIMIS ET
AMICIS DILECTISSIMIS

HAS QUALESCUNQUE

STUDIORUM ARMENIACORUM PRIMITIAS

ANIMI GRATI ET AMICITIAE SEMPITERNAE

TESSERAM ESSE VOLUIT

ADDICTISSIMUS

AUCTOR.

Nemo profecto mirari poterit, quod Tuo Nomini, Vir Reverendissime, prae caeteris hanc opellam, tanquam primum studii mei armeniaci specimen inscribere voluerim. Cognita enim est doctrina, cognita humanitas Tua, morumque et animi candor. Tuo sub moderamine viget Academia Armeniorum Crusca, et in dies incrementa capit. Te prospiciente novi semper literarum armeniarum thesauri eruuntur et castigati in lucem prodeunt. Te curante ubique terrarum, ubi armenium nomen et armenia lingua auditur, viri commorantur, tam pietate et morum integritate quam doctrinae laude insignes, qui scholas exstruunt, et populum tenebris hucusque obrutum religionis et scientiarum lumine collustrant. Te adnuente peregrinis haud paucis licuit linguam Tuam patriam et literas in illustri Tuorum conventu tanquam fonte limpidissimo ediscere. Expertus loquor; nam et mihi tam felici esse contigit, ut comiter ac benevole a Te Tuisque exceptus ex eodem fonte haurirem, et non tantum literarum Vestrarum cognitione imbutus, verum etiam doctrinae et humanitatis Vestrae admiratione affectus redirem. Itaque quantas Tibi, Vir summe Reverende gratias habeam, dicere vix possum.

At et Vobis, Praeceptores omni qua par est reverentia colendi, qui quotidiana institutione me edocuistis, et interiora literarum armeniarum adyta benevolentissime mihi reclusistis, animum semper fovebo gratissimum. Quantâ enim patientiâ aures interroganti mihi semper praebuistis, ignoranti et erranti viam intelligentiae ac veritatis aperuistis, dubitanti dubia benevole resolvistis, animumque ob varias rerum vicissitudines depressum consolatione amabili erexistis! Ita mihi et praeceptores fuistis et amici carissimi, quorum benevolentiae et benignitatis nunquam obliviscar.

Quum igitur Vos, Viri summopere colendi, ob virtutes omnis generis maximi faciam, gratoque animo Vos venerer et amem: hoc qualecunque opusculum tanquam mei in Vos animi testimonium publicum prodere volui, ac rogo Vos atque obsecro, ut sereno vultu hoc munusculum accipiatis, ac benevole errata mihi indulgeatis. Deum vero O. M. precor, ut Tibi, Vir summe Reverende, firmam restituat valetudinem, Teque et Vos, Praeceptores Carissimi, totumque conventum Vestrum bonis omnibus cumulet, operaque, quae suscipitis, omnia in populi Vestri ac totius orbis literarii fructum et utilitatem secundet. Valete, meque amore reciproco fovere porro pergite.

Scribebam Berolini, d. III. Mart. MDCCCXXXVII.

PRAEFATIO.

Saeculo nostro, quo linguae fere omnes, quae literaturâ aliquâ gaudent, suos habent cultores, armeniaca lingua paene neglecta remansit. Causae hujus rei in promtu sunt. Nam praeter Scripturae sacrae versionem, et Mosis Chorenensis opera historicum et geographicum nihil fere ad cognitionem nostram pervenerat, atque editiones illae Uscanii altera et altera Whistoniorum, quum critico fundamento indigerent, ansam dederant praejudicatae opinioni, ex qua libros Armeniorum nullius fere frugis esse ad unum omnes putabant, et, quod editorum culpae tribuendum erat, ipsis libris tribuebant. Nec poterant viri doctissimi ac celeberrimi, quales erant Schroeder Prof. Marburgensis, et la Croze bibliothecarius reg. Berol. orbem literarium eo perducere, ut justam et aequam de literis Armeniorum sententiam ferret, eorumque libros classicos e bibliothecarum scriniis in lucem protraheret. Inclyti tandem Mechitaris discipuli criticas editiones pararunt, atque additis versionibus latinis partem librorum nostris etiam viris doctis cognoscendam proposuerunt. Veruntamen diu adhuc hi libri latuerunt, et, qui his impulsi linguae et literis Armeniorum operam suam navarent, apparuerunt tanquam „rari nantes in gurgite vasto." Nam paucis tantum contigit, ut

eos inspicerent, ac difficillime comparabantur, donec bibliopolae quidam Germaniae hoc negotium sublevarent. Sed desideratur adhuc Grammatica, eaque ita comparata, ut, quae est hodierno tempore studii grammatici conditio, in singulas flexionis formas inquirat, earumque originem indaget. Schroederi enim thesaurus minime quidem despernendus raro jam et magno pretio venditur, ac nostrae aetati non amplius convenit; Grammaticae vero Mechitaristarum optimae eae ac praestantissimae in usum puerorum armeniorum linguâ patriâ conscriptae, et hunc in finem non elaboratae sunt.

Quae quum ita sint, equidem suadentibus viris doctis talem laborem, licet ei parem me esse minime sentirem, in me suscepi, et priorem ejus partem ad finem nunc perductam in lucem emitto, sperans fore, ut primum hoc specimen et tentamen aequos lectores ac benevolos nanciscatur, qui bene perpendant, quantis difficultatibus laboret, qui primus tale quid aggrediatur.

Prolegomena, ne amplitudinem voluminis nimis augerem, in alteram partem, quae Deo favente mox prodibit, rejeci.

Quod superest, spero atque opto, ut hôc libello linguae armeniacae studium multis nominibus commendandum adjuvetur et magis magisque excitetur; quod si mihi contigerit, equidem fructus hujus laboris amplissimos mihi percepisse videbor.

CONSPECTUS LIBRI.

LIBER I.

DE SCRIBENDI ET LEGENDI ELEMENTIS.

Caput I. De scriptura.

Caput II. De pronunciatione.

Caput III. De permutatione literarum.

LIBER II.

DE PARTIBUS ORATIONIS.

Caput I. De nomine.

*

LIBER I.

DE SCRIBENDI ET LEGENDI ELEMENTIS.

CAPUT 1.

DE SCRIPTURA.

§. 1. Scriptura Armeniorum a sinistra dextram versus legenda literis constat XXXVI., quas secundum ordinem alphabeti այբուբենք sive այբեւբենք (i. e. *a* et *b*) dicti dispositas una cum nomine et valore tabula sequens exhibet:

Figura majuscula s. ferrea s. Mesropiana	Figura minuscula s. rotunda	Nomen	Valor soni	Valor numeri
Ա	ա	այբ aip	a	1
Բ	բ	բեն pjen	p	2
Գ	գ	գիմ kim	k	3
Դ	դ	դա ta	t	4
Ե	ե	եչ jetsch	je*) (é)	5
Զ	զ	զա za	z mollius	6
Է	է	է ê	ê	7
Ը	ը	ըթ jeth	e	8
Թ	թ	թո tho	th (t̔)	9

---

*) Quae in parenthesi posuimus, rationem indicant, qua infra in specimine lectionis brevitatis causa sonos exprimere placuit.

Ժ	ժ	ժէ shê	j Gall. (ժ)	10
Ի	ի	ինի ini	i	20
Լ	լ	լիւն liun	l	30
Խ	խ	խէ chê	ch	40
Ծ	ծ	ծա dsa	ds (d)	50
Կ	կ	կեն gjen	g	60
Հ	հ	հո hho	hh (h')	70
Ձ	ձ	ձա tsa	ts (t)	80
Ղ	ղ	ղատ ghad	gh (g')	90
Ճ	ճ	ճէ dshê	dsh (j)	100
Մ	մ	մեն mjen	m	200
Յ	յ	յի hi	h	300
Ն	ն	նո no	n	400
Շ	շ	շա sha	sh (s')	500
Ո	ո	ոււ wo	wŏ (ŏ)	600
Չ	չ	չա tsha	tsh (c')	700
Պ	պ	պէ bê	b	800
Ջ	ջ	ջէ dshê	dsh dur. (g')	900
Ռ	ռ	ռա rra	r dur. (r')	1000
Ս	ս	սա sa	s	2000
Վ	վ	վեւ wjev	w	3000
Տ	տ	տիւն diun	d	4000
Ր	ր	րէ rê	r len.	5000
Ց	ց	ցո tzo	tz (z)	6000
Ւ	ւ	ւիւն s. հիւն hiun	u, v	7000
Փ	փ	փիւր ppiur	pp, ph (p')	8000
Ք	ք	քէ khê	kh (k')	9000

His saeculo XII. accesserunt:

Օ	օ	օ o	ô	10,000
Ֆ	ֆ	ֆէ fê	f	20,000

In pronunciatione hodiernos Armenios sequutus sum, licet nonnullas literas (cf. infra Cap. 2.) antiquitus aliter prolatas esse arbitrer.

§. 2. *Ordo* literarum alphabeti, quem jam in Dionysii Thracis Grammaticâ servatum reperimus, ad Mesropum ipsum tanquam auctorem videtur esse referendus, atque cum graeco ordine ab *α* ad *χ* usque ita congruit, ut ab initio et fine eaedem literae quae apud Graecos sese excipiant, inter literas vero medias hic illic sive ob similitudinem soni, sive ex arbitrio ut videtur, quae desunt apud Graecos, inserantur.

Nomina literarum sive decurtata sunt, ut *aip* pro *alpha* s. *aleph* — *kim* pro *gimel* s. *gamma*, (fortasse etiam *ta* pro *daleth*, *za* pro *zain*), sive ex solâ literâ constant, ut ê, sive vocalem eamque vel *á*, ut *dsa*, vel *é*, ut *dshé* vel *ŏ*, ut *hŏ*, seu consonantem ut *jetsh*, *jeth*, *in*, seu denique vocalem cum consonante adsumunt, ut *pjen*, *ghad*, *djun*, *ppiur* etc., quorum nomina haud dubie arbitraria sunt, sed et ipsa jam in illâ Dionysii Grammaticâ leguntur, unde non est, quod alii atque Mesropo ea tribuamus.

§. 3. De variis scripturae generibus, deque forma literarum jam in Prolegg. diximus. Hic tantum contractiones nonnullae, abbreviaturae, ac signa compendiaria, omissis rarioribus atque obsoletis notanda veniunt. Quanquam enim literae

armeniacae non solent connecti, paucae tamen, quae facilius jungi possunt, cum aliis quibusdam levi mutatione conjunguntur. Huc pertinet inprimis և et pro եւ; dein ն annectitur literis Հ, Մ, Վ, hac ratione: Հն, Մն, Վն, atque cum literâ մ eae conjunguntur, quae lineâ perpendiculari incipiunt, ut ﬔ, ﬕ, ﬗ pro մե, մի, մխ etc.

Litera ա, quae saepius reliquis occurrit, unâ modo lineâ սիւն *columna* appellatâ brevitatis causa jam antiquitus signabatur. e. g. մ՟ն՟ւ՟նդ pro մանաւանդ. Idem duabus lineis superpositis, quae երկորեակ *par* nominantur, exprimitur hoc modo Թ"գ"ւոր, quo signo utebantur etiam pro aliis vocalibus, atque eodem, sive etiam puncto apposito, ubi vocem aliquam ex superioribus jam satis notam primis tantummodo literis innuere volebant. e. g. պատ"րազմ pro պատերազմ, Թագ" pro Թագաւոր, օրհն, pro օրհնութիւն.

At nota compendii usitatissima, quae et singulis literis numerum denotantibus superponitur, est (՟) ex litera ւ, quam proprie suppleret, ut videtur, extorta et պատիւ *honor* dicta, quia ab initio (usque ad saec. XIII. teste Aristake Grammatico ejusdem saeculi) nonnisi in nominibus sanctis adhibebatur. Ponitur ea, ubi vel una litera, sive sit vocalis seu consona, vel plures, immo unâ vel duabus exceptis omnes literae *vocum* ex nexu orationis *cognitarum* omittuntur. Sed notandum est, in vocibus flexioni obnoxiis ubique ultimam literam, ex qua flexio vocabuli

eluceat, unâ cum primâ aut pluribus prioribus exhiberi.

Sequitur tabula compendiorum, quae frequentius occurrunt, hoc signo instructorum ordine alphabetico disposita:

ա՟ծ pro աստուած, atque inverso ա	ա՟պշ pro ապաշխարութեան
ո՟ծ de diis fictitiis	ա՟վ pro աստուծով
ա՟ղ pro աղօթք	բ՟ղմ pro բազում
ա՟մ pro ամենայն	գ՟լ pro գլուխ
ա՟մի pro ամենայնի	գ՟ s. գ՟ծք pro գործք
ա՟յ pro աստուծոյ	դ՟պ pro դպիր.

Eâdem quoque lineâ notantur quae sequuntur vocum compendia:

դր pro դորա	ժող s. ժղվդ pro ժողովուրդ
եէմ pro երուսաղէմ	իէլ pro իսրայէլ
ել pro եալ	իլն pro իսրայելն
եկդ pro երկրորդ	'ի վր pro 'ի վերայ
եպս pro եպիսկոպոս	խհդ pro խորհուրդ
երդ pro երրորդ	ծղկզրդ pro ծաղկազարդ
են pro եւ այլն	ծռյ pro ծառայ
ը pro ընդ	կ s. կմ pro կամ
ըս pro ըստ	կիր pro կիւրակէ
ըմ pro ըստ այսմ	կտրլ pro կատարեալ
թգւր pro թագաւոր	հ s. հրց pro հարց
թի s. ի pro թիւն	հայրպտ pro հայրապետ
թե s. ե pro թեան	հշտկ pro հրեշտակ
թէ s. է pro թենէ	մ pro մեծացուցէ
թք s. ք pro թեամք	մկ pro մանկունք
ժկ s. ժմկ pro ժամանակ	

մղ pro մաղթանք
յս. Յս pro յիսուս
յղգս pro յաղագս
յռջ pro յառաջ
յր pro յարութիւն
նր pro նորա
նմնէ pro նմանէ
նք pro նոքա
նց pro նոցա
նս pro նոսա
նմնպ pro նմանապէս
նյնպ pro նոյնպէս
շբ pro շաբաթ
Շր pro շարական
ո pro ողորմեա
ոպ pro որպէս
պ s. պս pro պէտս
պրտւր pro պարտաւոր
պտ pro պատասխանի
պտճռ pro պատճառ
պտրգ pro պատարագ
պտրզմ pro պատերազմ
սբ pro սուրբ
սբյ pro սրբոյ
սկւ pro սակաւ
սհմն pro սահման
սղ pro սաղմոս
սրկ pro սարկաւագ
սմէ pro սմանէ
սր pro սորա
սք pro սոքա
սց pro սոցա
սցէ pro սոցանէ
վ pro վերջ
վդպ s. վրդպ pro վարդապետ
վս pro վասն
վսկ pro վասն այսորիկ
վսյ pro վասն որոյ
վրդվռ pro վարդավառ
տ s. տր pro տէր
տն pro տեառն
տբ s. տրբ pro տերամբ
ւմ pro ուրեմն
փ s. փխ pro փոխ
փխկ pro փոխանակ
փոխմ pro փոխման
ք pro քան
քհ s. քհնյ pro քահանայ
քրզ pro քարոզ
Քս pro Քրիստոս.

Loco hujus signi nonnunquam, si prima modo vocis litera scripta est, circellus reperitur, ut Թ° pro Թագաւոր, Շ° pro Շաբաթ.

Denique seriori tempore saec. XII. et XIII.

pro vocibus nonnullis saepissime occurrentibus signa quaedam plus minusve arbitraria inventa sunt, quae պատուանիշք (*characteres honoris* i. e. signo պատիւ notati) dicuntur, uti:

ծ pro աշխարհ ծի pro աշխարհի etc.

Haec vero scribendi compendia fere nonnisi in libris grammaticis et hymnariis leguntur, nonnulla quoque in aliis libris hic illic impressis, paucissima vero, ne dicam nulla, in edd. S. Lazari, recentioribus praesertim, inveniuntur.

§. 4. Multa insuper exstant signa apud Armenios, quorum partem majorem, musica nempe, tanquam alienam omittimus; reliqua vero, maximam partem a Graecis deprompta, orthographica nempe, prosodica, atque interpunctionis signa, quum ubique fere sint obvia, et ad legendum multum faciant, nunc singulatim recenseamus. Pertinent huc

1) Հագագք i. e. spiritus, *a*, թաւ (῾) i. e. *asper*, et *b*, սուղ (᾿) i. e. *lenis*, quorum forma unâ cum re a Graecis deprompta videtur, licet usus paullum diversus fuerit. Non enim vocalibus sed consonis imponebantur, ut tenues ab aspiratis, lenes ac simplices a durioribus et compositis bene discernerentur; atque ille quidem, *asper*, literis aspiratis addebatur ac durioribus, quae duorum sonorum conjunctione oriuntur, nempe փ, խ, ք, թ, ծ, ց, ձ, ջ, ռ: hic vero, *lenis*, sonis simplicibus ac tenuibus, պ, կ, տ, ղ, ն, ճ, ձ, մ, ր. At hic usus spirituum non e codd.

sed tantummodo e commentatoribus Grammatices Dionysii Thracis cognitus est. In ipsâ illâ Grammaticâ saeculo V. translatâ nominatim quidem afferuntur haec signa, sed nihil de eorum usu dicitur. *)

Saeculo demum XIV. indocti inter Armenios coeperunt diphthongum աւ ubique pronunciare *o*; quamobrem librariorum aliqui spiritum asperum ibi adhiberi statuebant, ubi propter sequentem vocalem litera ւ consonantis partes agere deberet; qui mos deinceps magis magisque invalescens eo sese extendebat, ut ւ etiam post alias vocales atque adeo post consonantes vocali sequente in codd. et edd. hoc signo instrueretur. Sed omni jure in recentioribus S. Lazari edd. uterque spiritus prorsus deest, quum iste eorum usus nullâ plane veterum tam codicum quam Grammaticorum auctoritate nitatur, ac vere superfluus sit.

2) ամանակք, *tempora*, i. e. signa prosodica, *a*, երկար (-) i. e. *longum*, *b*, սուղ (°) i. e. *breve*, quorum praeter musicam usus fere nullus est, quum in arte metricâ longitudinis syllabarum ratio non habeatur. Prius tantummodo hic illic (ob formae, ut videtur, similitudinem) in exclamationibus pro accentu legitur; posterius vero a librariis nonnullis superscribebatur literis ու, si

*) An forte ante Mesropi tempora, ubi unâ literâ plures soni exprimendi erant, literis, quae deerant adhuc, supplendis haec signa adhibebantur?

sequente aliâ vocali consonantis instar pronunciantur, atque ibi quoque, ubi in versibus syllaba aliqua ob metrum eliditur.

3) ողորակք, i. e. *accentus* a, շեշտ (´) i. e. *acutus*, b, բութ (`) i. e. *gravis*, c, պարոյկ (˜) i. e. *circumflexus*, quorum qui usus apud veteres fuerit, nescimus. Quae enim in Dionysii Thracis Grammaticâ §. 22 afferuntur, graecum exemplar, licet ibi desit, nimis redolent; ac videntur potius haec signa excepto acuto statim ab initio alii atque apud Graecos usui inserviisse. Nam quum Armenii prosodiae seu mensurae syllabarum rationem in arte metricâ nullam habeant, accentu *circumflexo* non indigent, atque *gravem* non desiderant, quoniam magnâ toni variatione non gaudent,*) atque in ipsorum vocibus, si paucissimas exceperis, tonus *ultimam* semper syllabam ferit. Hinc accentu non opus erat Armeniis nisi *acuto*, eoque ibi tantum, ubi tonus ab ultimâ syllabâ ad aliam transfertur; quod locum non habet nisi in Genitivo casu Pronominum demonstrativorum այս-ա́յսորիկ; այդ-ա́յդորիկ; այն-ա́յնորիկ, atque in Adverbiis, quae cum his et similibus Pronn. composita sunt, ut ա́յնպէս, ա́յսչափ. Deinde vero etiam in casibus Vocativis nominum plurium syllabarum exoticarum praesertim prima syllaba saepius accentu notatur,**) ut

*) Pauca haec de tono praemonenda videbantur, ut sequentia melius intelligantur.

**) cf. Ἄπολλον. Sed si aliud nomen sive substant. sive

արքայ *rex!* Թերահաւատք *increduli!* Sed nec in his accentus reperitur, nisi cum vi quadam pronunciantur; atque eâdem ratione missis accentibus gravi ac circumflexo e causis modo allatis *acuto* utuntur Armenii in iis vocibus, quibus singularis aliqua vis inest, posito plerumque in ultima syllaba. Hinc in omnibus fere classibus vocum locum habere potest, praesertim si in periodi initio collocantur; atque in phrasibus ex nomine et verbo compositis illud semper quod antecedit, quia omnis vis ei inest, sive sit nomen sive verbum, accentu acuto in ultima syllaba notatur. Eodem accentu instruuntur Imperativi Verborum, aut, si negative exprimuntur, particula մի *ne* praecedens, quae (ut bene distinguatur a մի *unus*) ubique accentu insignitur. Imperativis in nomine respondet casus Vocativus, qui identidem accentum postulat, nisi particula interjectionis ով, ո praecedit, quae ubique accentum pro nomine accipit. Interjectioni vero quum interrogatio affinis sit, atque particulae interjectionis interrogationi quoque inserviant, hae etiam saepius accentu notantur, idque, quum in interrogatione directâ alio signo utantur Armenii, in indirectâ interrogatione locum habet.

պարոյկ (῀) *circumflexus*, ex conjunctione ac-

adject., sive etiam pronomen sequitur, quod cum nomine in casu Vocativo posito cohaeret, ultima hujus syllaba accentuari debet; ac si idem nomen bis repetitur, accentus promiscue sive in ultimâ sive in primâ prioris syllabâ reperitur.

centuum gravis (de quo cf. 5, b.) et acuti exortus: hanc unionem in canticis ita exprimit, ut vocem ab initio elevandam ac tum deprimendam esse indicet. Serius hunc accentum formâ paullum immutatâ (˚) et ոլորակ appellatum in oratione idque in exclamationibus et interrogationibus adhibere consueverunt, ita nempe, ut aut particulae interjectionis vel interrogationis, aut, ubi illae desunt, voces, quibus maxima vis inest, eo instruantur. Sed rectius, ut videtur, in editionibus plerumque ibi tantum, ubi interrogatio directa locum habet, reperitur.

4) *Signa orthographica.* Huc pertinent

a) մանկակէտ, (’) i. e. *punctum superne.* Ita appellatur virgula inde a saeculo XIII. cf. Avetik. §. 1318. Grammat. maj. introducta, quae praefixo ե, ut distinguatur ab ե initiali vocum, superscribitur, ab aliis vero minus recte ad alia quoque praefixa translata est.

Idem signum alio nomine, ապաթարց (pro ապաղարձ ut videtur) i. e. *apostrophus*, appellatum indicat, literam aliquam, tam consonam quam vocalem, euphoniae causa, sive ut vitetur hiatus, omissam esse. e. g. Faust. Byz. p. 245. սամոյր մ’և pro սամոյր մի և.

Denique haec virgula literae ղ superscribebatur, quâ innuere volebant, eam hoc loco literae ւ vices gerere. Sed hâc ratione non amplius in usu est.

b) ենթամնայ (-) (pro ընդամնայ) i. e. *infra*

stans, signum uti Graecis (ὑφὲν) ita Armeniis antiquitus, ubi vocabula sine intervallo scribebantur, necessarium, ut nempe clarius appareret, quae literae, quaeve syllabae et voces ad complendam notionem unicam pertineant, sive flexionem, seu derivationem, seu denique compositionem indicent; quod ibi prae caeteris fieri debebat, ubi duo vocabula juxta se invicem posita servatâ utriusque flexione vocem ex sensu compositam exhibent. e. g. օրէնսուսոյց i. e. *νομοδιδάσκαλος* sed օրէնս ուսոյց significat *leges edocuit*.

Hoc in mediis lineis, ubi vocabula disjungenda conjungebantur, non minus desiderabatur, quam in literarum fine, ubi partes verborum abrumpebantur; sed tam hîc quam illic raro in codd. legitur. Recentiori tempore primum in codd., deinde etiam in edd. Armenii hoc signo in fine tantum linearum uti consueverunt, ubi vocum syllabae ex regulâ certâ ac constanti dirimuntur; ex quâ, uti in graecâ et latinâ linguâ, etymi non minus et compositionis, quàm pronunciationis ratio in abrumpendis vocibus habetur.

Huic signo oppositum est c, ստորատ i. e. *inferius*, idem quod Graecòrum διαστολή, quo impedire voluerunt, quo minùs duae voces pro unâ acciperentur. e. g. չար, արար i. e. *malum fecit*, Sed չարարար = *malefactor* cf. ὅ, τι et ὅτι. Sed hoc nonnisi apud Grammaticos reperitur. Transitum haec virgula facit ad

5) *Interpunctionis signa*, et ipsa quoque

ստորակէտ i. e. *punctum inferius*, appellata nostro *commati* et formâ et usu plerumque respondet.

b) Aliud signum (') dimidium quasi commatis valorem habens superscribitur vocibus, atque sive ob similitudinem formae et loci ubi reperitur, sive ab usu in arte musicâ, ubi reliquis duobus accentibus respondet, seu denique, quod antiquitus alii usui inservierit, nomen *accentus gravis* ալղակ բութ accepit. Usus ejus praecipuus est, ubi sensus poscit, ut una vox ob vim suam a reliquis secernatur. Sed in codd. vetustissimis ante particulas relativas, praesertim si verbum, quo referendae sunt, proxime praecedit, saepe omittitur.

c) միջակէտ i. e. *punctum medium* (·), est punctum in mediâ periodo positum, ubi nos sive colon sive semicolon scribimus: at saepe contra Grammaticorum regulas in codd. msceptis cum aliis confunditur.

d) վերջակէտ i. e. *punctum finale* periodorum, quod in codd. msceptis modo duobus (:) modo tribus punctis (∴) scriptum reperitur.

Pertinet huc denique quodammodo etiam

e) փակագիծ i. e. *inclusionis linea* (), quae et formâ et usu a nostrâ *parenthesi* haud differt.

CAPUT II.

DE PRONUNCIATIONE.

a, *Consonantes.*

Dedimus supra in tabulâ alphabeti pronunciationem, quam ab Armeniis ipsis didicimus. Sed, quemadmodum de graecae linguae pronunciatione adhuc dubitatur, ita et de linguâ Armeniorum non sine jure litem movere possumus. Alia enim, quantum equidem video, fuit veterum Armeniorum in literis quibusdam pronunciatio, alia est recentiorum; atque, quum hîc de veteri, non de recentiori linguâ agatur, veterum quoque pronunciationem praeferendam esse censemus. Argumenta vero, quibus innitentes hanc discrepantiam probare studemus, sunt fere haec: 1, Scriptura nominum armeniacorum apud veteres Graecos et Romanos, 2, Scriptura nominum graecorum et latinorum apud Armenios veteres, 3. Ordo literarum in alphabeto armeniaco, qui cum ordine graeci alphabeti ex ipsius Mesropi consilio plane congruit, 4, Indicia quaedam, quae partim ex ipsâ linguâ, partim ex Grammaticâ illâ Dionysianâ, tanquam antiquissimo testimonio depromsimus. At causae hujus corruptionis non tam in longo temporum decursu quam in adversâ fortunâ, atque variis rerum vicissitudinibus, quibus Armenii omni tempore subjecti erant, quaerendae sunt. Nam praeter Persas et Graecos, Arabes quoque et populi Tatarici regnum Armeniorum everterunt, atque Franci multum cum novo regno

in Ciliciâ constituto commercium inierunt. Hinc et seriori tempore, saeculo nempe XII. alphabetum Armeniorum duas insuper literas, ֆ et օ, accepit. Sed jam antea a saeculo fere X. hic illic in scribendis nominibus exoticis Armenii variam rationem sequi coeperunt, id quod paullatim ita invalescebat, ut tandem scriptio et pronunciatio plane inverteretur; atque illud modo observatum est, ut nomina, quae in libris antiquioribus commemorantur, eandem scripturam apud Armenios recentiores plerumque tueantur. *)

Jam vero mihi literas consonantes consideranti a durioribus ad leniores ac molliores procedendum videtur, atque in singulas classes eas distribuendas arbitror eo consilio, ut quae inter se cognatae facilique permutationi subjectae sunt, uno conspectu proponantur et inquirantur. Atque optimum puto tres classes primarias constitui, et ab iis, quae ore exteriori proferuntur, ad reliquas ita pergi, ut post labiales primum linguales s. dentales, deinde gutturales cum palatinis contemplemur, his liquidas cum duabus respondentibus subjungamus, denique semivocales, vere ita dictas, consideremus.

*) Tres proprie linguae periodi, atque hinc etiam pronunciationis statuendae videntur, quarum prima, quam ex paucis modo indiciis cognoscimus, quum omnes libri priores sec. Mesropi alphabetum describerentur, Mesropi tempore desinit, altera a Mesropo usque ad saeculum fere XII. pergit, atque tertia, ab hoc saeculo usque ad nostra tempora sese extendit.

Labiales sunt բ, փ, պ, վ, ւ, quas in tabula alphabetica reddidimus, *p*, *p'*, *b*, *w*, *o*. Sed secundum formam et ordinem բ respondet graeco *β*, փ graeco *φ*, պ graeco *π*; atque in Grammatica Dion. §. 6. բ dicitur litera media, փ aspirata, պ tenuis; denique in reddendis nominibus graecis et latinis itidem literae Armeniorum literis gr. et lat. respondent, e. c. բասիլէոս, *Basilius*, պետրոս, *Petrus*, փիլիպպոս, *Philippus*, (cf. et բենտիդիոս, *Ventidius*), quae omnia apud Mosem Corenensem leguntur, ut et hist. I, 14. p. 74. ed. Ven. պռոտին արմենիան pro πρώτην Ἀρμενίαν, Hinc non est, quod de antiquâ harum trium literarum pronunciatione dubitemus. Rarissimae enim sunt exceptiones, e. g. յաբեթ pro Ἰάφεθ, apud Mos. Chor., quae, ut բ in voce *Ventidius* (cf. infra) sonorum nexum et cognationem indicant. Invenimus etiam Ալկիպիադ et Ալկիպիատ i. e. Alcibiades apud David. Philos. p. 266 et p. 271. ed. Ven. Veruntamen seriori tempore legimus իբրահիմ, licet ex antiquâ scriptione retineatur աբրահամ; reperimus promiscue scriptum փաւստոսհլ et պաւստոսհլ, sed constanter jam ապլիմարիկ etc. Quum vero recentiori certe tempore litera փ non responderet latino *f* et arabico ف, nova litera ֆ ex eâdem graecâ *φ*, ex quâ փ originem ducit, formata est, quae inde a saeculo XII. in nominibus propriis peregrinis hic illic apparet. — Litera վ, quam supra in Prolegg. diximus sec. formam duplex esse ւ, atque respondere nostro

w, in nomm. propriis legitur pro graeco *ου* ante vocalem, sive pro latino *v*, e. c. Վաղերիանոս *Valerianus*, atque eandem pronunciationem hodienum servat. De alio ejus usu in nominibus graecis praecedente litera ո vide infra inter vocales. —

In aliis linguis respondet literae բ plerumque *b*, e. g. բանտ s. բանդ = Sanscr. bandh, Pers. بند — բազում = S. bahu — բակուղ = L. baculus. բազուկ = S. bâhu Zend. bâzu — բարի = P. به գուբ = Hebr. גב Syr. gub sed cf. gr. *κύπη* S. kûpa; reperitur quoque *bh*, e. g. բերել = S. bhṛ *) — Gr. *φερω* L. fero — բժիշկ = S. bhishadsh — բեկել = S. bhandsh L. frango — բարի = S. bhadra; sive *m*, e. c. բիւր = G. *μυριοι*; sive spiritus asper ut in *ὅλος* = բոլոր? —

Literae պ fere semper respondet *p*, e. c. տապ = S. tap — ըմ-պ-ել = S. pâ — պատի = S. prati, G. *προτι* — պետ in Compositis = S. pati Gr. *ποσις* — ապա = Z. apa. — պողոտայ = L. platea — կապիկ = S. kapi — սպիտակ = Pers. سپید et سفید; deinde *v* in ասպ = S. açva **) sed Z. açpa Pers. اسپ. —

Litera փ respondet sive Arab. ف Hebr. פ ut in փիղ = Ar. فيل, P. پيل — փրկել = Hebr. פרק sive *μ*, e. c. փոքր = *μικρος*, sive Lat. *c* uti փող = collum. —

Literae վ respondet, 1) *v* sanskr. et و pers. arab.

*) Litera *r* cum puncto exprimit vocalum sanscritam *ri*.
**) Litera *ç* significat literam palatalem *s*.

e. c. վարել = S. vah — վէր = S. vraṇa *) — վարդ = Ar. ورد — կով = P. گاو cf. S. gô. 2) *sh*, *s*, *h*, in num. վեց = S. shash H. שֵׁשׁ L. sex, Gr. ἕξ.

Linguales sunt simplices դ, թ, տ, atque ս et ժ. Reddidimus supra has literas *t*, *th*, *d*, *s* ժ; at դ et տ antiquitus contrario modo pronunciatas esse, non solum causae modo apud labiales allatae probant, (cf. իդոս = εἶδος — կաթեդր = καθέδρα Agath. p. 54. ed. Const. rec. պերիպատետիկեանք = περιπατητικοι — ստրատելատ = ϛρατηλατης.) verum etiam ratio, quâ nomina Armeniorum a Romanis scribuntur. e. g. տրդատ, *Tiridates*, quem nunc *Dertad* scribere volunt, et տիգրան, *Tigranes*. Sed notandum hîc est, in quibusdam nominibus ex regula euphonica a consueta hac ratione Armenios ita deflectere, ut pro դ finali saepius scribant թ (quae litera duplicem sonum, tam *dh* quam *th* videtur repraesentare) e. g. դաւիթ pro դաւիդ — մզկիթ = مسجد, Ողիմպիաթ Dav. Ph. p. 266. ed. Ven. sed saepius tamen ibidem Ողիմպիադ; sive տ, ut in մահմէտ pro մահմէդ, Լատոկիոս Dav. Ph. p. 564. atque ut pro տ, si ն praecedit, plerumque ponant դ e. g. ղեւոնդ = *Leontius* — բենդիդիոս = *Ventidius*; invenimus vero etiam պոնտոս et պոնդոս, atque semper անտիոքոս, անտիգոնոս, անտոն. —

Recentiori tempore scribitur, փրիստերիկոս, դուի-

*) Punctum literis *n*, *d* et *t* suppositum indicat eas esse linguales.

առն, պեննաստախոս etc. — Litera ս pronunciatur ut *s* forte, fere ut Gallorum *ç*, Graecorum ς. — Litera ժ optime respondet in pronunciatione et usu zendico *sch* cf. Bopp vergl. Gramm. p. 56. persico ژ gallico j, russ. Schiwetje. Sec. Gramm. Dion. l. l. sonum inter շ et ջ medium repraesentat, quare cum utraque litera commutatur, praesertim cum priori cf. աժխոյժ et աշխոյժ. Recentiori tempore, sub regno nempe Rubenitarum in Cilicia ժ ponebatur pro graeco γ, e. g. դիւոժէն — մաժիստր, atque etiam pro ι, e. g. կիռժան = κυϱιὸς Ιωαννης. — His subjungendae sunt literae, quae sonum duplicem reddunt, շ, զ, ձ, ծ, ց. Ex his շ, quae ex ordine alphabetico loco graecae ξ posita nonnunquam ita redditur, e. g. արտաշէս, արտաշիր = Artaxerxes, — արտաշատ = Artaxata, cf. Flor. Plin.: at sec. Grammat. Dion. l. l. sonum duorum ս in se comprehendit; reliquae vero ex conjunctione literae ս cum դ, թ, տ ortae sunt; atque զ quidem proprie respondet literis ս + դ, ut ז Hebraeorum, et ζ Graecorum, quorum loco in nomm. propriis ponitur. Sed hic sonus lenior paullatim in sonum *s* lenis abiit, ut gothicum *z*, unde tribus aliis signis opus erat, quibus conjunctio literarum դ, թ, տ cum litera ս repraesentaretur. Ita ortae sunt ձ ex դ + ս — ծ ex թ + ս — et ց ex տ + ս; e quibus ձ et ծ ex դ (*d*) et թ (*dh*) leniores sibique proximae sunt; sed et ց, quae non solum ex տ + ս, verum etiam ex թ (*th*) + ս ortum ducit, literae ծ arctissime co-

gnata est, paullatim vero, eâdem ratione, quâ צ Hebraeorum (cf. Ewald krit. Grammat. d. hebr. Spr. p. 28.) in sonum *s* acutum transiit, quem jam antiquissimis temporibus in nonnullis vocibus graecis, ubi pro *s* ponitur, deprehendimus. *)

In aliis linguis respondet literae դ 1) eadem litera media, e. g. դուռն, դուր = S. dvâr. P. در — դև = S. dêva, P. ديو — դի cf. S. dêha — վարդ = Ar. ورد — դեն = Ar. دين — անդամ = Syr. hadom cf. S. anga — դուստր = S. duhitṛ P. دختر. — 2) Litera tenuis, cf. Bopp. vergl. Gr. p. 78. S. 22: e. g. դու = S. tvam, P. تو — լեարդ = S. yakṛt (abjectâ literâ *k* quemadmodum *t* in vocibis մայր pro S. matṛ L. mater etc.) — 3) aspirata, e. g. դնել, Praet. եդի = S. dhâ — 4) palatina dsh, abjecto sono sibilanti, e. g. յօդել = S. judsh.

Literae թ respondet 1) eadem litera aspirata, e. g. եթէ = S. jathâ — 2) tenuis, e. g. թարգմանել = Syr. targem — կաթ (cf. շիթ) = L. gutta. — եւթն = S. saptan — ութ = S. ashṭan **) (թ propter praecedentem leniter aspiratam ւ) — 3) media, e. g. կանթեղ = L. can-

*) In Gramm. Dion. l. l. dicitur ձ, media, (sc. inter ս et դ tenues et ց aspiratam), ց, aspirata, atque դ et ծ tenues, quarum altera, nempe ծ magis ad palatinas quam ad dentales pertinere videtur, quum ibidem dicatur litera ճ media inter ծ tenuem et ջ aspiratam.

**) ṭ indicat literam lingualem.

dela (թ ob sequentem aspiratam ղ) — Թշնամի = دشمن.

Literae տ respondet 1) eadem litera tenuis, e. g. կարել = S. kṛt. — պալատ = L. palatium — տախտ = L. tectum — ուխտ = L. pactum — աշտէ = L. hasta — կէտ = Gr. κῆτος — ատր — Zend. âtar P. آتش — պրտի = S. prati, Gr. προτι, 2) aspirata, e. g. մարթ = S. mṛdha = բանտ = S. bandh. — sive, id quod multo saepius invenimus, 3) media, e. g. հոտ = L. odor — անահիտ = Diana (si vocem invertimus) սիրտ = S. hṛd. Litt. szirdis — ոտն = S. padam, L. pes, ped-is, πoῦς, ποδος — տես (տեսել) = S. dṛç. cf. P. دیس in Compp. — գիտել = S. vid — գտանել = S. wid, wind — տասն = S. daçan P. ده L. decem — տրտում = P. درد L. tristis. — տիւ G. տուընջեան = S. divan — ուտել = S. ad, L. edere — տալ = S. dâ, L. dare. — seu denique in lingua persica 4) litera ی (quae etiam in armeniaco sermone hic illic reperitur, ut in ատրպատական et ատրպայական, unde hodie „Azerbeidschan" finxerunt, atque in nomm. մայր pro mater etc.) e. g. պատկեր = P. پیکر — պատգամ = H. פתגם, Gr. φϑεγμα, P. پیغام. —

Literae ս respondet 1) eadem litera, e. g. աստղ = astrum, ἀςηρ, P. اختر — սպիտ-ակ = P. سپید — սուր = Zend. çuwrâ — սեաւ = P. سیاه, S. çjâma — գէսք = S. kêça — արտօսր pl. արտասու-ք = S. açru, Gr. δακρυ, L. lacry-

ma — ամիս = S. mâsa — միս = S. mansa*) — հարսն = Ar. عروس — 2) litera *sh*, e. g. խօս-քիլ = S. ghush. 3) litera ξ, e. g. դաս = Gr. τάξις — աղուէս = Gr. ἀλώπηξ — 4) litera *h*, e. g. աւեղ = S. ah — դուստր = S. duhitṛ P. دختر ut Arm. in Compp. դուխտ — սաք = Kurd. häk — սիրտ = S. hṛd Gr. καρδία etc. — 5) خ, c, k, (cf. voces modo allatas). Denique in initio vocum nonnullarum plane omittitur, e. g. սիրել = Gr. ἐρᾶν — սաք = Anglosax. äg. —

Literae ժ respondet Pers. ژ, Ar. ز, e. g. ժա-մանակ = P. زمان Ar. زمان Ch. זמן sive *s* in Lat. musca = ճանճ cf. S. makshika etc.

Literae շ respondet 1) eadem litera, e. g. դաշտ = P. دشت — ճաշ = S. tshash — շապիկ = P. شتاب, شتافتن — նշան = نشان — 2) litera *s*, e. g. շուն G. շան (pro շուան) — S. çvan — հրե-շտակ = P. فرشته — աշտէ = L. hasta — էշ = L. asinus. — Huc pertinet quoque շիթ = կաթ = L. gutta. —

Literae ղ respondet 1) eadem litera, ز, ז, ζ, e. g. բազմ = P. هزار S. sahasra Z. hazanra — զի = Z. zi S. hi (sed զի proprie est Accus. Pron. interrog. vide infra). հազար = P. هزار — ազատ = P. آزاد — զոպա = H. אזוב cf. Gr. ὕσσω-πος — զոյգ = G. ζεῦγος cf. S. juga. — 2) litera *s*, *sh*, e. g. խոզ = Gr. ὗς, L. sus — կազմ = Gr. κόσμος — լեզու = H. לשון Z. hizva S.

---

*) Litera ṅ cum puncto innuit Anusvâram.

dshihvâ, (sed լեզու descendit a voce լեզել, ac significat proprie, ut L. lingua a lingo, id quod lingit, seu quo lingitur). — 3) litera *h*, χ, g, e. g. լեզել = S. lih. Gr. λειχω. L. lingo — բազուկ = S. bâhu. — բազում = S. bahu. — 4) litera *k* in եզ (in Compp.) = S. êka — 5) *ksh* in եզն = S. ukshan. — 6) *dsh* in պարզ (ել) = S. mrdsh.

Literae ծ respondet 1) צ hebr. in ծոմ = H. צום — ծաղր = צחק — 2) litera *h* in մեծ = S. mahat, cf. Z. mazô Gr. μειζων — 3) litera *g* in արծաթ = L. argentum — atque *dsh* in lingua Sanskr. e. g. ծնանիլ = S. dshan, Z. zan, G. γενω, L. gigno — ծանուցանել, ծանօթ, (verum etiam ճանաչել) = S. dshnâ, G. γιγνωσκω — ծերութիւն = S. dsharâ, G. γερουσια — ծունր = S. dshanu, G. γονυ, L. genu, Z. schĕnu. — 4) litera *tsh* in voce ծիտ = S. tshataka.

Literae ձ respondet 1) ז in ձէթ = Hebr. זית Syr. zaito — ձիւն = Litt. ziema Russ, zima s. hima etc.) 2) litera ד in ձուկն = Hebr. דג. — 3) litera k, χ in ձեռն = S. kara, G. χειρ — 4) litera g in ձայն = S. gâi. —

Literae ց denique respondet 1) ز, z, e. g. գեղեցիկ = Turc. گوزل (per metathesin literarum addito իկ, sed rectius fortasse a forma verbali eâque participiali derivatur — 2) س, s, e. c. ցուրտ = Pers. سرد — երէց = ἱερευς = եկեղեցի = ἐκκλησια — ցեց — σης — 3) sh, e. c. մեց =

S. shash H. שׁשׁ — 4) tshh, e. g. Հրապարակել = S pratshh.

Inter literas gutturales, quas cum palatinis conjungendas putamus, primae nominandae sunt գ, կ, ք, supra redditae *k*, *g*, *kh*, reddendae vero potius ex causis supra allatis γ, κ, χ, quibus ex ordine alphabetico et in nominibus propriis respondent, e. g. ագգոան cf. ագապ = ἀγάπη — ագոն — ἀγών — կաթառոս — καθαρος — արքեղայոս = 'Αρχέλαος. His adjungo literas palatinas ծ med., չ ten., ջ asp., quas repraesentavimus supra literis j s. dsh, ć s. tsh et g s. dsh. In Gramm. Dion. l. l. dicitur ծ litera media, չ vero et ջ aspiratae, eaedemque literae duplices. Equidem malim literas ծ, չ, ջ apponere literis գ, կ, ք sive literis գ, տ, թ, ita ut չ tenuis respondeat literae ć (ut in sermone italico) s. tsh, ջ vero aspirata exprimenda sit per literas dhsh, s. thsh. (g″ s. c″). — Tertio denique loco ponendae sunt literae vere gutturales հ et խ, hh (h') et ch, quarum prior antiquiori tempore spiritum leniorem ac duriorem, literam ه occidentalem et orientalem, sive ex alphabeto arabico literam ه non minus quam ح repraesentabat, recentiori vero, quum ، in sonum ه seu spiritum asperum Graecorum, nostrum *h* abierit, litera հ fortiorem modo sonum, literam ح, exprimit. At litera խ statim ab initio, (diversa a, ք, χ,) sono orientali ח s. خ respondebat. Sed seniori tempore scribebatur մանմանխոս pro մանմանքոս.

In aliis linguis respondent literae գ 1) eadem litera *g*, ج, e. g. բուրգն = Gr. πυργος — ոռոգ-անել = L. rig-are — գամ = H. גם — գայլ = Litt. gailus (i. e. venenosus. furibundus) գա-լ = S. gâ — գոյն Gen. գունոյ = S. guna — գիր = S. giri — գուբ = H. גב — ճրագ = Ar. سراج — 2) litera *k*, e. g. գէս-ք = S. kêça — գեղ = Gr. καλλος — եղունգն = S. nakha, spiritu ut in voce եղջայր praemisso, 3) litera *v*, e. g. տագր = S. dêvṛ L. levir — գիտ-ել = S. vid — գտ-անել (Inchoat. cf. Pott. etymol. Forschungen p. 25.) = S. vid — գինի = L. vinum, Gr. οἰνος cf. H. יין Ar. حرص — ագահ = L. avarus — զգեստ = L. vestis, Gr. ἐσθος. 4) litera *b*, *f*, e. g. գո-լ = S. bhû Gr. φυ-ω, L. fu-o. —

Literae կ respondet 1) *k*, e. g. կամ — S. kâma — կապիկ = S. kapi — կեր in Compositionibus ut խոտակեր, պատահակեր = S. kṛ — կար-ել = S. kṛ — կոյր Gen. կուրի = P. كور — մկրատ = Ar. مقراض — ակն = Gr. ὀκος, L. oculus — կեսուր, սկեսուր = Gr. ἑκυρος, L. socer. S. çvaçura. — փոկ = Gr. φωκη L. phoca — 2) *g*, e. g. կերի Praet. verbi ուտել = S. grî — կով = S. gô. P. گاو 3) خ in կարկին = P. خرچینه — կեա-լ = H. חיה et 4) *dsh* (ǵ) in eadem radice = S. dshîv — denique 5) ز in կին = P. زن et 6) *t*, *th*, in ոսկր = Gr. ὀςεον S. asthi.

Literae ք respondet 1) *k*, ج, et *s*, in փոքր = Gr. μικρος, P. پسر L. puer — քոյր = S. svasṛ P. خواهر — քուն = S. svapna L. somnus Gr. ὑπνος. 2) *qu* in քան = L. quam — et 3) *thsh* in voce քաղ = thshâga.

Literae ճ respondet 1) eadem litera *dsh* (ǵ) e. g. ճան-աչել = S. dshnâ. cf. supra ծան-ուցանել. — 2) litera *tsh* (ć) e. g. ճաշ-ել = S. tshash. P. چشیدن — ճճի = Afg. چونچی (tshuntshai). — 3) خ in կարիճ = P. خرجنگ — denique 4) س in ճրագ = Ar. سراج. —

Literae չ respondet 1) *ksh* in voce աչ-ք cf. ակ-ն = S. akshi. — 2) σκ, *sc* in terminatione verbi ճանաչեմ = Gr. γιγνωσκω. L. cognosco, et similium.

Literae ջ respondet 1) litera ځ, e. g. մէջ = Afg., میانځ — 2) ج, e. g. նարինջ = P. نارنج — ջոկ = Ar. جوق — 3) *dhj* in մէջ = S. madhja. 4) *ksh* e. g. ջուր = S kshîra — արջ = S. ṛksha, — աջ = S. dakshina. — 5) گ, e. g. ջերմ = P. گرم, S. gharma, Z. garĕma. Gr. θερμη.

Literae հ respondet 1) *h*, ه, ح, e. g. հան-ել = S. hr — հար-կանել = S. han — հզօր = P. حزر — հազար = P. هزار — համ in Compp. = P. هم — 2) *s*, e. g. համ = S. sam — հող = L. sol-um — 3) idque frequentissime *p*, ف, e. g. հայր = S. pitṛ, P. پدر — հարց-անել = S. prathsh — հրաման = P. فرمان — հրեշտակ = P. فرستاده — հուր = Gr. πυρ *). — Denique in quibusdam vocibus plane omittitur e. g. հոտ = L. od-or — հաւ = L. avis et հաւ = L. avus. cf. quoque հուր cum H. אור, et arm. օր —

*) Similiter in lingua hispanica hurto pro furtum, humo pro fumus, higo pro ficus dicitur.

Literae խ, denique respondet 1) eadem litera خ, *gh*, *c*, e. g. խոզ = P. خوك — ուխտ = L. pactum — տախտ = L. tectum — բախտ = P. بخت — խօս-իլ = S. ghush. — 2) *b*, e. g. խաղ = P. باختن — խոխ = P. بختن. —

Sequuntur ordine proposito literae *liquidae* ղ, մ, ն, ր, cum duabus literis ex duplicatione liquidarum enatis, լ nempe, et ռ. — Reddidimus eas supra sec. hodiernam pronunciationem *g'*, *m*, *n*, *r*, atque reliquas duas *l* et *r'*. Sed, ne quem mirum habeat, literam liquidam *l* tanquam consonam duplicem proponi, atque literam gutturalem s. palatinam *g'* liquidis accenseri (id quod jam in Dion. Gr. l. l. fit, ubi ղ, մ, ն, ր, pro λ, μ, ν, ϱ ponuntur); monemus, in armeniaca lingua, uti in zendica (cf. Bopp vergl. Gr. p. 43.) deesse literam liquidam *l*, nisi quis sumere malit, literam ղ, quae ex ordine et usu literae λ respondet, sonum quoque eundem ab initio expressisse, quod minime concedo, quum sonus simplicis *l* nisi accedat *j* in sonum palatinum et gutturalem abire non possit. Sed jam antiquissimis temporibus hanc literam sonum palatinae *gh*, atque deinde etiam gutturalis *ch*, lenius pronunciatae, repraesentasse, videmus exinde, quod in quibusdam nomm. propr. ponitur pro graeca γ, e. c. Ագաթիաս pro Ἀγαθίας, atque quod saepius loco literae խ scripta reperitur cf. infra. Ex hodierna pronunciatione sonum habet gutturalem, similem literae խ, *ch*, sed paullo leniorem; primitiva vero

pronunciatio ex comparatione literae լ eruenda mihi videtur. Haec hodie quidem profertur ut nostrum *l*, sed antiquitus eam aliter sonuisse exinde concludo, quod jam in Dion. Gr. l. l. inter duplices consonantes recensetur *). Jam vero tanquam litera duplex sonare debuit, sive ut nostrum *ll*, sive ut Polonorum ł, seu denique ut Hispanorum *ll*. Primo tanquam simplex respondet *l*, secundo respondere potest *l* et *r*, tertio *l* et *j*. Atqui, quum Armeniorum լ iisdem fere literis, si alias linguas comparamus, respondeat, quibus Hispanorum *ll* (e. g. *llamma* pro *flamma*, *lleno* pro *plenus*, *llamo* pro *clamo*) cf. exempla modo afferenda; quum ղ hodienum sonum *g'* exprimat, in quem simplex *l* haud facile transire poterat; quum denique sonus *r* aliis literis designetur: sequitur, literam լ proprie significasse sonum *lj*, atque ղ sonum nostri *j*, quemadmodum videre licet et in nom. propr. Աղա-ղեաս Esr. 10,39., ubi codd. nonnulli legunt Աղա-յեաս. — Similiter in lingua suecica *l* ante *j* in pronunciatione non auditur, in lingua vero hispanica ne scribitur quidem, ut in vocibus *hijo* pro *filius*, *hoja* pro *folium*; hic vero ex palatina in gutturalem transiit, atque eâdem ratione apud Armenios paullatim naturam gutturalem induebat.

Pronunciatio literarum մ et ն a nostris *m* et

---

*) Fortasse in lingua pehlwica eadem litera, quum formam literae duplicis habeat cf. Kopp Bilder u. Schr. d. Vorzeit. Th. 2. p. 282. itidem sono duplex fuit.

n non differt. Restant literae *ր* et *ռ* quarum altera simplex et liquida nostro *r* tanquam lingualis prorsus respondet; altera vero jam in Dion. Gr. l. l. duplex, ex conjunctione duarum *ր* enata dicitur. (Conferatur արար Praet. verbi առնել). Equidem hanc pro gutturali *r*, quae in semiticis, quas dicimus dialectis sola reperitur, accipere malim; sed fateor, causas sufficientes me hucusque non habere, quibus hanc conjecturam confirmem.

In aliis linguis respondet literae ղ 1) γ, g, j, in ածէ = Gr. ἄγε, L. age, աղաւնի = Syr. jauno, H. יונה, բաղ = S. thshâga 2) *sh* (cf. *j* et *g* in lingua Gallica) in ուղտ = S. ushtra — 3) *f*, *b* (uti litera փ cf. supra) in մաղձ = L. fel, bilis cf. Gr. χολος. 4) *k* in մժեղ = S. makshika — 5) multo saepius *l*, e. g. մեղ-ր = L. mel, cf. S. madhu, Gr. μεθυ. — իւղ = L. oleum, Gr. ἐλαιος — աղ = Gr. ἁλς, L. sal — աղուէս = Gr. ἀλωπηξ. — cf. μογις et μολις — գոյն et Ar. لون. —

Literae լ in aliis linguis respondet 1) κλ in լու-այ = Gr. κλυω (cf. hisp. llamo cum lat. clamo). — 2) *pl*, *fl*, e. g. լի = Gr. πλε-ος cf. lat. plenus hisp. lleno — լայ-ն = Gr. πλατυ cf. S. prthu — լա-լ = Lat. flere cf. H. ילל — 3) *j*, e. g. լեարդ = S. jakrt — 4) *g*, e. g. լեառն = S. giri — 5) idque saepissime litera *l*, e. g. լուանալ = L. lavare cf. S. plu, Gr. πλυνω — լոյս = L. lux. Suec. ljûs — լեզու = H. לשון, L. lingua cf. Z. hizva. S. dshihvâ — եղ-անել

= H. עלה — այլ = L. alius, S. anja — աղան Gen. ոլեռան = L. olus, oleris.

Literae մ eadem semper litera m in variis linguis respondet: e. g. մնալ = P. ماندن, Gr. μένω, L. manere — միս = S. mânsa — ամիս = S. mâsa — մանուկ = S. manu — մարդ — P. مرد — կամք = S. kâma; sed ց in մարտ = P. مرد. —

Literae ն solet eadem litera et alibi respondere, e. g. նաւ = S. nau, L. navis — նու = L. nurus — նայել cf. S. najana — sed et vocalis sanskr. ṛ in հանել = S. hṛ. —

Literae ր in aliis linguis respondet plerumque eadem litera, in lingua sanscrita saepissime vocalis ṛ, quae apud Armenios literâ ր s. ռ praecedente vocali ա, s. ե, s. ի exprimitur. e. g. քոյր = S. svasṛ, P. خواهر — արև cf. S. ravi, arjaman — սիրտ = S. hrd — դուստր = S. duhitṛ, P. دختر — շար = S. kshîra — արջ = S. ṛksha — կար-ել = S. kṛ — բեր-ել = S. bhṛ — կեր (in Compp.) = S. kara — կար-ել = S. kṛt — ծեր = S. dhṛshrî — վարդ = A. ورد — հուր = H. אור cf. օր — 2) litera ش in աշր = P. آتش — 3) litera ب in բարի = P. به cf. S. bhadra. —

Literae ռ in aliis linguis respondet eadem litera r et in l. S. vocalis ṛ, e. g. լեռան = S. giri առ-նուլ = sanskr. ṛ — առ-նել = S. kṛ? — ձեռն = S. kara — մեռ-անել = S. mṛ — դուռն, դուր-ք = P. در, Gr. θυρα. —

Restant denique semivocales յ et ւ, quarum alteram reddidimus *h*, *j*, alteram vero *v*, *u*.

Ac prior quidem sec. hodiernam pronunciationem ab initio et in fine vocum (exceptis octo monosyllabis այ, բայ, խոյ, հայ, հոյ, ճայ, նայ, վայ, in quibus յ cum literis ա et ո diphthongos *ai*, *oi* efficit) respondet nostro *h*, in mediis vero vocibus profertur ut nostrum *j*, seu *i* (sc. ante literam consonantem) *); posterior vero ante literam vocalem, et in fine vocum praecedente vocali ե vel ի pronunciatur *v*, alibi semper *u* **).

Antiquissima harum literarum pronunciatio fuit *j* et *v*, quam hodienum hic illic remansisse modo vidimus; ***) atque eandem litera յ, praesertim in vocum initiis usque ad seriora tempora, uti e nomm. propr. exoticis patet, retinuit. Sed praecedentibus vocalibus jam antiquitus, certe inde a Mesropi tempore tam in mediis vocibus quam in eorum fine (plane ut Arabum ى in

*) Eadem est pronunciatio, si voces ab յ incipientes secundum membrum vocum compositarum constituunt. e. g. բազմայիմար, lege, pazmahimar. In iis vero vocibus compositis, quarum membrum prius litera յ claudit, haec profertur *j*, si per literam auxiliarem ա cum altera voce componitur, atque ita veram compositionem efficit; յ vero pronunciatur, et quasi devoratur, si sine litera auxiliari alteri voci tantum praeponitur e. g. ընծայաբեր lege „endsajapjer." վերոյասացեալ lege „wjeruhasatzeal." ներքոյգրեալ lege „njerkhuhkreal."

**) Sed notandum est, accedentibus affixis varii generis literam ւ eandem semper retinere pronunciationem, literam յ vero ut in mediis vocibus proferri.

***) Sed fateor, me nunc aliam fovere sententiam, ex qua primitivae vocales (ut in lingua Aethiop. cf. Hupfeld Exerc. p. 6) erant յ et ւ pro *i* et *u*. cf. Mos. Chor. p. 497. ed. Ven.

ռաւոյ et رعي, quod in lingua hebr. in רעה transiit) scribebatur, ut literas ա et ո longas redderet. (Excipiuntur eaedem literae finales Imperativorum et Pronominum, quae breves semper manent, licet et hae in codd. mscptis saepius յ adsumant, cujus rei exempla sat multa in Cod. Evang. Berol. invenies, uti e contrario aliae voces nonnunquam sine յ scribuntur cf. Ezn. p. 36. 'ի վերա pro 'ի վերայ.) Ita Յովն pro G. Ἰων — այն pro P. ان. — Hinc scribitur Joh. 3, 23. այենովն pro αἰνων — այելաթ pro G. αἰλαθ IV. (II.) Reg. 16, 6. քաՀանայ pro Ch. כהנא, atque apud Faust. Byz. promiscue այրարատ et արարատ — Ենոգի et Ենոքի. — Veruntamen Armenios hac in re sibi non constitisse exinde apparet, quod Gen. 5, 9. կայնայն legitur pro G. Καϊνᾶν Luc. 3, 37. կայնան pro Καϊνάν — Marc. 5, 22. Luc. 8, 41. յայրոս pro Ἰαειρος — et semper վայ pro οὐαι, կայսր pro Καισαρ. Sed exempla diphthongi ոյ = οι, seu ŭi, luculenta certe, afferre non possum; ac videntur potius Armenii ab hac diphthongo (ui, seu oi, quum ո proprie significaret o,) abhorruisse; quare in nulla voce eam agnoverim, et dixerim ոյ ubique pronunciatum esse primo ω, ό deinde ŭ, unde facile in u breve transire poterat. Eâdem ratione litera ւ ab initio բ sonuit et consona fuit*), sed a Mesropi inde temporibus tam vocalis quam consonantis partes agit.

*) Sed cf. pag. 31, Nota ***).

In aliis linguis respondet literae յ 1) eadem litera Jod, *j*, e. g. նայ-ել cf. S. najana — յօդ-ել = S. judsh — 2) litera *g* in յառնել = S. dshâgṛ Gr. ἐγείρομαι — 3) *v* in յաղթ = L. victoria — 4) vocalis *i*, e. g. գայ-լ = S. gai — գայլ = Litt. gailus — 5) contrahitur cum praecedente ա in այր = Turc. ار sed cf. Goth. vair, L. vir, S. vîra. — 6) plane omittitur e. g. գոյն Gen. գունոյ = S. guna, P. گون — լուծ Gen. լծոյ = S. juga — այլ = S. anja (si pronunciamus *ahl*), Gr. ἄλλος, ἄλλα, L. alius. 7) respondet litera *s* et *v* in քոյր = S. svasṛ, P. خواهر — 8) litera *t*, e. g. հայր = L. pater cf. Gall. père — մայր = mater, Gall. mère — եղբայր *) = S. bhratṛ, L. frater, Gall. frêre. cf. առաքական et առաքելական. —

Literae ւ in aliis linguis respondet 1) eadem litera *v* e. g. ւ = H. Ar. و — արւ = S. ravi — տիւ = S. div — հաւ = L. avis, avus — նաւ = L. navis — դև = S. dêva, P. دیو — 2) *v* in սեաւ = P. سیاه — 3) *m*, e. g. սեաւ = S. sjâma — անուն = Gr. ὄνομα, L. nomen — արի = S. arjaman? — 4) *p*, e. g. աղուէս = Gr. ἀλώπηξ — եւթն = S. saptan, Gr. ἑπτά, L. septem — քուն = S. svapna. — 5) *k*, *sh*, in voce ութ = S. ashṭan, Gr. ὀκτώ, L. octo. —

*) In hâc voce litera *r* ejecta, et spiritus praemissus videtur, unde vocalis *ե* accedere debebat, cf. supra եղունգն = S. nakha. Non enim puto եղբայր ex tatar. اغا i. e. frater natu major et S. bhratṛ ortum ducere.

b, *Vocales.*

Vocales apud Armenios proprie numero sunt sex: *ա*, *ե*, *է*, *ը*, *ի*, *ո*, quibus accedit *ւ*, et vocalis composita *ու* pro Gr. *ω*; ac saeculo demum XII. addebatur litera *o*. De his nunc deinceps agemus.

Vocalis *ա*, omnium literarum frequentissima, nostro *a* in pronunciatione plane respondet, atque anceps est sec. Gr. Dion. ll.

In nomm. propr. ubique fere respondet literae *α* Graecorum.

In aliis linguis pro litera *ա* invenimus 1) eandem literam sive brevem sive longam, e. g. *կամ* = S. kâma — *գա-լ* = S. gâ — *տապ* = S. tap, P. تافتن — *տա-լ* = S. dâ, P. دادن — *բազում* = S. bahu — *բազուկ* = S. bâhu — *մանուկ* cf. S. manu — *ասե-լ* = S. âh — *աչ* = S. akshi — *քան* = L. quam — *ապր-ել* = L. aperire — *ածէ* = Gr. *ἄγε*, L. age — *ճրագ* = Ar. سراج — *հազար* = P. هزار — *ազատ* = P. آزاد — *հրաման* = P. فرمان — *նշան* = P. نشان — *խաղ* = P. باختن — *արծաթ* = L. argentum — *սեաւ* = S. sjâma, P. سياه. — 2) sequente litera *r* ponitur pro vocali Sanskr. *ṛ*, e. g. *կար-ել* = S. kṛ — *արջ* = S. ṛksha — *առ-նուլ* = S. ṛ — *մարդ* = S. mṛdh — 3) invenimus *e* pro *ա* in voce *տախտ* = L. tectum — 4) *o* pro *ա* in verbis *կազմ* = Gr. *κοσμος* — *անու-ն* = Gr. *ὄνομα* — *ամէն* = L. omnis. —

Vocalis *ե* est *e* breve, in nomm. propr. respondens graeco *ε*; at plerumque praesertim in

initio vocum sonat è, plane ut Russorum Jatj', quod inde originem duxit; (cf. Dobrowsky Slowanka, zweite Lieferung. p. 35) atque ubi alia vocalis sequitur, pronunciatur fere ut i, et cum illâ diphthongum efficit. e. g. եա (ièd) i. e. dedit. սիրեալ (sireal), i. e. amatus, առնեն (arnén) i. e. faciunt.

In aliis linguis ei respondet 1) eadem litera e, e. g. եկեղեցի = Gr. ἐκκλησια — մեղ-ր = L. mel — մեր = P. مر — չեմ = P. نيم — 2) ie in voce երեց = Gr. ἱερευς. — 3) ê, e. g. դև = S. dêva — գեց = Gr. σης — եզ = S. êka. — 4) ja in voce եթե = S. jathâ? — 5) a, e. g. ձեռ-ակերտ = S. dsharâ. — ձեռն = H. יד — ձեռն = S. kara. — 6) i in voce դև = P. ديو — 7) sequente r ponitur pro vocali Sanskr. ṛ, e. g. կեր in Compp. cf. S. kṛ, kara — բեր-ել = S. bhṛ, P. بردن — մեռ-անել = S. mṛ, P. مردن — et omissâ literâ r in տես-անել = S. dṛç — denique 8) u in եզն = S. ukshan.

Vocalis է est é, ę longum, ut graecum η et nostrum E in voce: stehen.

Ei respondet in aliis linguis 1) é, e. g. կէտ = Gr. κητος — գէս-ք = S. kêça. — 2) ai in ձէթ = H. זית — 3) ă, á, e. g. եթէ = S. jathâ — մէջ = S. madhja — էշ = L. asinus — թէ = P. تا — 4) ĕ in ածէ — Gr. ἀγε, L. age, quia tonus in ultima syllaba ponitur, atque nullam vocem litera է claudit.

ը, vocalis e, quae in Dion. Gr. §. 6. dicitur anceps, quo jure nescio, nisi sumamus, eam ob

5*

causam ita dici, quod praecipue in vocabulorum primordiis fere ibi tantum legatur, ubi consonae duae sequuntur, in syllaba igitur, quae secundum prosodiam Graecorum et Romanorum positione longa est. Sed ex ejus usu facile patet, non longam, nec brevem, sed potius semibrevem (sit venia verbo) vocalem eam esse, quae vicem Schevatis gerit, atque zendico ĕ (cf. Bopp. vergl. Grammat. Berlin 1833. 4. p. 29 sq.) secundum formam et valorem fere respondet. Nam quemadmodum in lingua hebraica Scheva mobile seu Chatheph loco vocalium scribitur, ubi vox in fine crescit, ita et Armeniorum ը, eo tamen discrimine, ut hoc et in syllaba composita locum habeat. Ponitur vero ex euphoniae legibus pro vocalibus ա, ե, ի, ո, ու, unde scribitur անկողին et ը[illegible] — [illegible] et ը[illegible] — [illegible], ը[illegible] — [illegible] et ը[illegible] — [illegible], ը[illegible], atque fortasse, uti Scheva compositum, pro variis locis variam quoque poscit pronunciationem. Sed praeter libros musicos et poeticos, in quibus propter melodiam et metrum frequens ejus usus est, in mediis vocibus tantum legitur, si in fine linearum ita abrumpuntur, ut inter duas consonantes vocali destitutas tanquam litera auxiliaris inseratur, e. g. [illegible]-[illegible], [illegible]-[illegible] pro [illegible], [illegible]. In aliis linguis literam, quae ei in radicibus respondeat, non habet, quum litera auxiliaris sit, sive pro alia vocali primigenia ex regulis euphonicis ponatur.

ի, vocalis anceps a nostro *i* in pronunciatione

non differt. In graecis vocabulis nonnunquam ponitur pro η, e. g. գրամմատիկոս, i. e. γραμματικός, Mos. Chor. p. 74. Ed. Ven.

In aliis linguis ի respondet 1) i, e. g. գիր = S. gir — գիտել = S. vid — լիզել = S. lih — դիւ = S. div — փիղ = Ar. فيل. — 2) legitur sequente r pro vocali S. ṛ, in սիրտ = S. hṛd, Litt. szirdis. — 3) respondet e, e. g. ինն = Gr. ἐννέα — միջին = Gr. μέσον — մին = Pers. يک — 4) a, e. g. միս = S. mansa — հինգ = S. pantschan, L. quinque, Gr. πέντε. — 5) u, in պիպ = L. pupa, pupilla.

ու, omnium vocalium constantissima, quae fere nunquam abjicitur seu mutatur (cf. quae dicit Bopp. vergl. Gr. p. 6. Sq. de vocali u) brevis est, atque sec. Dion. Gr. l. l. respondet graeco o. Sed plerumque paullo gravius pronunciatur, ita ut sonum inter o et u medium repraesentet, qualem o in lingua suecica; atque ab initio vocum quasi cum digammate profertur, ut Anglorum wo, e. g. որ lege: wor s. wur, sive potius wår. *)

Primitus videtur fuisse vocalis anceps (cf. գրամմատիկոս et exempla modo afferenda) ac sonuisse ŏ; deinde vero, quum vocali longae exprimendae

*) Saeculo XII et XIII in mediis quoque vocibus haec litera ita pronunciabatur, ut videre licet e monetis hujus temporis, in quibus Տայլող legitur pro Տալող. In aliis vocibus praecedente ա vel ե jam primis temporibus ւ interpositum videmus, e. g. փարաւոն (Pharao) — ղեւոնդ (Leontius) etc.

literam ւ seu վ plerumque adderent, haec voca-lis valorem graeci ο μικρον accepit *).

In aliis linguis ei respondet. 1) ու υ, u, e. g. գուլ = Gr. φυῶ, L. fuo — չորք = S. tshatur — փուքր = P. پسر, L. puer — խոզ = L. sus, Gr. ὗς, P. خوک — խոհ = P. پختن, L. coquus — քույր = S. svasr, P. خواهر. — 2) ŏ, ő, e. g. ձուկ = H. דג — կոյր (= Turc. كور — զոկալ = H. זוג, Gr. ὑσσωπος — պոռնիկ = Gr. πορνικος, L. fornicarius — որ = Gr. ὀρφανος — աղուէս = Gr. ἀλωπηξ — մորմ = Gr. μωρος — փոկ = Gr. φωκη, L. phoca — հող = L. solum — անուն = Gr. ὀνομα, L. nomen — ողոր = Gr. ὁλρς — ութ = S. ashtan, Gr. ὀκτω, L. octo — հոտ = L. odor. — 3) In voce ոտն posita est pro litera p, cf. S. pad. —

Litera ւ, ut jam vidimus, modo consonantis partes agit, modo vocalis; et pro vocali quidem usurpata, quod fit ante consonantes sive radicales sive formativas (zur Form gehörig), et in fine vocum praecedente ա seu ո, duplicem quoque sonum, nempe literae u et ü repraesentat. Ac primo quidem vocali u respondere debuit, uti cernere licet in diphthongis իւ = iu — աւ = au, eu; ubi et υ Graecorum primitivum sonum u (quem Aeoles tuebantur cf. Herm. de emend. rat. gr. Gr. p. 7.) retinuit; tunc vero in vocalem vicinam ü transiit; atque hoc ab ipso Mesropo

*) cf. Prolegomena.

profectum dixerim, quum sec. ordinem ejus alphabeticum atque sec. Gramm. Dion. §. 7. respondeat literae *υ* Graecorum, eâdemque ratione, quâ *υ* apud Graecos, cum litera *ու* conjungatur, si sonus *u* exprimendus est. Hâc ipsâ vero de causâ usu evenit, ut e contrario, ubi sonum *ü* repraesentare volebant, vocalem *ի* literae *ւ* anteponerent *). Exinde apparet, vocales *ու* et *իւ* falso inter vocales duplices seu diphthongos recenseri, sed tantummodo in scriptura tales videri **).

In aliis linguis vocali *ու*, *իւ* respondet 1) litera *u*, *υ* et *υψιλον*, e. g. *դժուար* = S. d u h i t r, P. ... — ... = S. b a h u — ... = S. m a n u — ... = Gr. *πυρ* — ... = S. s v a n, Gr. *κυων*, *κυνος* — ... = L. n u d u s — ... = Gr. *πυργος* — ... = Gr. *μυριοι* — 2) *o*, e. g. ... = H. ... — ... = L. o b t u m — 3) *α*, *ε*, in ... = S. a d, L. e d e r e — ... = P. ... — 4) *ĭ* in ... = S. k s h î r a.

Vocalis composita *ու* in vocibus graecis respondet graecae vocali *ω μεγα*, atque hâc solâ de

*) Sed in antiquis codd. msceptis reperitur quoque teste Avetikh. Gramm. maj. §. 472. p. 178. *ւ* simpliciter scriptum pro *υ*, atque adeo pro *ι*, cf. Iud. VII, 1. ... fatendum tamen literas *ւ* et *ի* in scriptura Mesropiana facile inter se confundi.

**) Idem apud Boeotos locum habuit, ubi *κόνες* pro *κυνες* priori syllabâ brevi pronunciabatur. cf. Immau. Bekkeri Anecdota Graeca Vol. II. p. 779. in Schol. ad Dionys. Grammat.

causâ; a Mesropo (legitur enim jam in Dion. Gr. l. l.) videtur inventa esse, quum in vocibus armeniacis tanquam vocalis non occurrat; *) ւ vero pro ու ponitur, quoniam ւ cum litera ո designandae vocali u inservit. In codd. mscptis nonnunquam ei signum longitudinis sive ω superimpositum legitur, e. g. Տաւիթ, Տաւիթ, Տաւիթ **). —

Seriori tempore, quum literae աւ in mediis vocibus et in earum initiis sequente literâ consonante pronunciarentur ô (ut au in lingua Gall.), hujus vocalis exprimendae causa novum signum օ adhibebatur, atque hodienum cum eodem signo eadem quoque pronunciatio retinetur; immo etiam nonnunquam pro vocalibus ո, ով, ու et ու ante ultimam vocis consonantem sive radicalem seu formativam litera ô scribitur, e. g. գովել et գօվել — կամաւոր et կամօր — զէնք et զէօք — զօրութիւն et զօրք. Sed animadvertendum est, in syllabis vocum plurium syllabarum mediis literam o non facile inveniri, atque nullam vocem in hanc vocalem exire. Non enim scribitur սիրօն pro սիրաւոր, nec սանօ pro սաւաւ, nisi in

*) Similiter apud Syros Waw praecedente Sekofo pro graeco o vel ω scriptum legitur.

**) Diximus supra literam ա significare â, ω μεγα, ô; sed in vocibus graecis raro, atque in nomm. propr. fere nunquam (cf. tamen Fausti Byz. p. 133. Ed. Ven. ubi Մեղրիկ et Մեղրիկ legitur) usurpantur pro vocali ω, fortasse quia singularem sonum inter ê et â medium, quem hucusque vocalis ո servavit, repraesentant.

codicibus msceptis malae notae; atque in iisdem hîc illic legitur օետարան pro աւետարան etc., sed falso, quum ւ ante vocales ubique pro consona habeatur.

In aliis linguis literae օ respondet modo *u* modo *o*, e. g. յօդել = S. judsh — խօսել = S. ghush — օր = H. אור, S. ahar. —

Observandae nunc veniunt diphthongi atque triphthongi, quas multas enumerant Grammatici. At sensu proprio, quemadmodum linguae, quas dicimus, semiticae iis carent, ita nec linguae armeniacae eas tribuendas esse censeo. Vocales enim primigeniae ա, ի, ո, atque է inter se conjungi non possunt; atque, ubi sese invicem excipiunt, duas semper syllabas constituunt. E literis vero, quae cum his diphthongos sive triphthongos efficere dicuntur, nempe ե, ը, յ, ւ, ultima litera ւ proprie consona est, atque յ mera consona dicenda est *), ը vero, quum sit semibrevis, falso huc refertur; atque ե denique, quum non simpliciter *e*, sed potius *je*, *iè*, sonet, abjecto *e* tantummodo sonum *j* videtur retinere. Veruntamen, quum in aliis quoque linguis, e. g. in anglosaxonica etc. diphthongus *ĕá* reperiatur, atque litera ւ vocalis non minus quam consonae partes agat, non sine jure diphthongos linguae nostrae tribuere possumus.

De diphthongis այ et ոյ jam supra diximus.

---

*) Conferantur tamen, quae supra diximus pag. 31, Nota***). Ibi nempe de tempore antemesropiano cogitavimus.

Hîc modo addamus, eas primitus fuisse diphthongos, deinde vero in plurimis vocibus in simplicem vocalem abiisse, donec recentior illa pronunciatio decursu temporis servata sit.

Diphthongum աւ seriori tempore in o transisse, modo monuimus, sed quae primitus ejus fuerit pronunciatio, demonstratione non eget. cf. աղաւնի = Syr. jauno, H. יון. —

Diphthongus եա in flexione ac derivatione saepius occurrit, rarius vero in mediis vocibus. Sed cf. կեանք = S. dshîvana — լեարդ = S. jakṛt — լեառն = S. giri.

Diphthongus եւ vario modo videtur esse pronunciata. Nam in nomm. propr. graecis ponitur pro ευ, e. g. Եւսեբիոս i. e. Εὐσέβιος; sed in nominibus armeniacis saepissime in codd. antiquioribus pro իւ scripta legitur *), quare in his eam dixerim pronunciatam esse potius ĕú, iú, jú (cf. Angl. ew). Atque ita quoque hodienum Armenii hanc diphthongum pronunciant; in nomm. vero graecis hodiernam Graecorum pronunciationem sequuntur.

Diphthongum իւ falso ita vocari, supra dictum est; sed, quum haud raro cum diphthongo եւ commutetur, multis in locis pro vera diphthongo iú habenda esse videtur, nisi potius acci-

*) Excepto Pronomine իւր „suus," terminatione nominali իւն, et cass. obliquis vocis մեւս s. միւս.

piendum sit, եւ in his locis sonum *ü* habere. cf. բիւր, բեւր = Gr. *μυριοι.*

Diphthongus եօ recentioris est originis, et posita pro triphthongo եաւ, *ĕau*, *ĭau*, quae in flexione tantum occurrit.

Altera triphthongus եայ, *ĕai*, *ĭai*, nil nisi diphthongus est constans literâ ե et vocali longa այ, *â*, atque hinc *ĕâ* s: *ĭâ* pronuncianda.

Restat denique diphthongus, quae dicitur, ու, *u*; sed hanc pro simplici vocali agnoscendam esse jam supra monuimus, atque infra videbimus, eam vocalium esse brevissimam atque inconstantissimam.

Specimen Lectionis.*)	Pronunciatio.
ՄԻՆՉ չեւ, ընաւ էր	Minć ćév pnau êr
ինչ, ասեն, ոչ երկինք եւ	inć, asén, ŏć érgink' év
ոչ երկիր եւ ոչ այլ ինչ	ŏć érgir év ŏć ail inć
արարածք՝ որ յերկինս կամ	araradk'' ŏr hérgins gam
յերկրի, Զրուան ոմն ա-	hérgri, Zrouan ŏmn a-
նուն էր, որ թարգմանի	noun êr, ŏr t'arkmani
բախտ կամ փառք: Զհա-	pachd gam p'ar'k': eZh'a-
զար ամ յաշտ արար՝ զի	zar am has'd arar' zi
թերեւս որդի մի լինիցի	t'érévs ŏrti mi linizi
նմա, որում անուն Որմիզդ,	nema, ŏroum anoum Ŏr-
որ զերկինս եւ զերկիր եւ	mizt, ŏr zérgins év zérgir
զամենայն որ 'ի նոսա՝ առ-	év zaménain ŏr i nosa' ar'-
նիցէ. եւ յետ հազար ամի	nizê. év héd h'azar ami
յաշտ առնելոյ՝ սկսաւ ա-	has'd ar'néloh' esgsau a-
ծել զմտաւ, ասէ. օգո՞ւտ	dél ezmdau, asê. ôkoud
ինչ իցէ յաշտս զոր առնեմ,	inć izê has'ds zor ar'ném,

Cap. I. Antequam existeret aliquid, dicunt (sc. Persae), tam coeli quam terra et aliae qualescunque creaturae, quae in coelis et in terra sunt, fuit aliquis Zeruan appellatus, quod nomen transfertur fortuna sive gloria. Is per mille annos sacrificabatur sperans fore, ut ipsi nascatur filius Ormizt (Ormizd) nominatus, qui coelum et terram, et quicquid in iis sit, faciat. Atque post mille annorum sacrificia meditari coepit dicens: „Num proderunt quidquam haec

*) Sumta haec sunt ex operis Eznikii „Refutatio haeresiarum“ inscripti libro II., qui refutationem falsae Persarum religionis continet.

և լինիցի՞ ինձ որդի Որմիզդ,
եթէ ՚ի զուր ինչ ջանայ-
ցեմ։ Եւ մինչ դեռ նա
զայս խորհէր, Որմիզդ և
Արհմն յղեցան յարգանդի
մօր իւրեանց. Որմիզդն ՚ի
յաշտն առնելոյ, և Արհմն
՚ի յերկուանալոյ անտի։ Ա-
պա իմացեալ Զրուանայ,
ասէ. երկու որդիք են յո-
րովայնի անդ, որ ոք ՚ի
նոցանէ վաղ առ իս հաս-
ցէ՝ զնա թագաւոր ա-
րարից. և ծանուցեալ Որ-
միզդի զխորհուրդս հօրն՝
յայտնեաց Արհմենին. ասէ,
Զրուան հայր մեր խոր-
հեցաւ՝ թէ ոք ՚ի մէնջ
վաղ առ նա երթիցէ, զնա
թագաւորեցուսցէ։ Եւ զայն

év linizi int orti Ŏrmizt,
ét'ê i zour' inć ganai-
zém: Év minć tér' na
zais chorh'êr, Ŏrmizt, év
Arh'men hegézau har-
kanti môr iuréanz. Ŏr-
miztn i has'dnar'néloh, év
Arh'men i hérgouanaloh
andi: Aba imazéal Zroua-
nah, asê. érgou ŏrtik' én
horowaini ant, ŏr ŏk' i
nozanê wag' ar' is h'as-
zê' ezna t'akavor ara-
riz. év danouzéal Ŏrmĕz-
ti ezchorhourts h'ôrn'
haidnéaz Arh'ménin. asê,
Zrouan h'air mér chor-
h'ézau' t'ê ŏk' i mêng
wag' ar' na ért'izê, ezna
t'akavorézouszê: Év zain

mea sacrificia, quae facio, ac nascetur mihi filius Ormizt, an frustra laborem?" Dum ille haec secum reputaret, Ormizt et Arhmen concepti sunt in utero matris ipsorum; et Ormizt quidem ob sacrificia, Arhmen vero ob dubitationem illam. Quod quum sentiret Zeruan, dicit: „Duo filii in ventre sunt, quorum qui prius ad me venerit, eum regem faciam." Ormizt quum patris cogitata cognovisset, revelavit ea Arhmeno, his verbis: „Zeruan pater noster cogitavit, si quis nostrum prius ad ipsum venerit, se eum regem creaturum esse." His auditis Arhmen

լուեալ Արհմենին՝ ծակեալ
զորովայնն, և ել եկաց
առաջի հօրն։ Եւ տեսեալ
զնա Զրուանայ, ոչ գիտաց
եթէ ո՞ ոք իցէ. և հարցա-
նէր՝ եթէ ո՞վ ես դու։ Եւ
նա ասէ. ես եմ որդին քո։
Ասէ ցնա Զրուան. իմ
որդին անուշահոտ և լու-
սաւոր է, և դու խաւարին
և ժանտահոտ ես։ Եւ
մինչ դեռ նոքա զայս ընդ
միմեանս խօսէին, ծնեալ
Որմիզդի ի ժամու իւրում
լուսաւոր և անուշահոտ,
եկն եկաց առաջի Զրուա-
նայ։ Եւ տեսեալ զնա
Զրուանայ, գիտաց՝ եթէ
Որմիզդ որդի նորա է,
վասն որոյ զյաշտն առնէր.

lovéal Arh'ménin' dagéaẓ
zorowainen, év él égaẓ
ar'aği h'örn: Év déséal
ezna Zrouanah, ŏć kidaẓ
ét'ê ŏ ŏk' iẓê. év h'arza-
nêr' ét'ê ŏw és tou: Év
na asê. és ém ŏrtin k'ŏ:
Asê ẓna Zrouan. im
ŏrtin anous'ah'od év lou-
savor ê, év tou chavarin
év ǰantah'od és: Év
minć tér' nok'a zais ĕnt
miméans chôsêin, dnéal
Ŏrmezti i ǰamou iuroum
lousavor év anous'ah'od,
égn égaẓ ar'aği Zroua-
nah; Év déséal ezna
Zrouanah, kidaẓ' ét'ê
Ŏrmizt ŏrti nora ê,
wasn ŏroh ezhas'dn ar-

ventrem perforans exiit coram patre se sistens. Atque Zeruan, quum eum videret, nescivit, quisnam esset, et interrogavit eum: „Quis es tu?“ Ille vero dicit: „Ego sum filius tuus.“ Respondet ei Zeruan: „meus filius suaveolens est et splendens, tu vero caliginosus es et maleolens.“ Atque dum hi haec inter se loquerentur, Ormizt splendens et suaveolens tempore suo natus venit sistens se Zeruano; qui hunc videns statim cognovit, eum esse filium suum Ormizt, cujus causa sacrificatus esset. Itaque bacillum sumens, quod in manu ha-

և առեալ զբարսմունսն՝ զոր 'ի ձեռին իւրում ունէր, որովք զյաշտն առնէր, ետ ցՈրմիզդ և ասէ. ցայժմ ես վասն քո յաշտ առնէի, յայսմ հետէ դու վասն իմ առնիցես։ Եւ 'ի տալ Զրուանայ զբարսմունսն ցՈրմիզդ և օրհնել զնա, մատուցեալ Արհմենի առաջի Զրուանայ՝ ասէ ցնա. ոչ այնպէս ուխտեցեր՝ թէ ո որ յերկուց որդւոցն իմոց յառաջ առ իս հասցէ, զնա թագաւոր արարից։ Եւ Զրուանն առ 'ի չեգրելոյ զուխտն՝ ասէ ցԱրհմն. այ սուտ և չարագործ, տուեալ լիցի քեզ թագաւո-

nêr. év ar'éal 'ezparsmounsn' zor i tér'in iuroum ounêr, ŏrowk' ezhas'dn ar'nêr, éd ẓOrmizt év asê. zaiém és wasn k'o has'd ar'nêi, haism h'édê tou wasn im ar'nizés: Év i dal Zrouanah ęsparsmounsn ẓOrmizt év orh'nél ęzna, madouẓéal Arh'méni ar'agi Zrouanah asê ẓna. ŏć ainbês ouchdézér' t'ê ŏ ŏk' hérgouẓ ŏrtozn imoẓ har'ag ar' is h'asẓê, ezna t'akavor arariz: Év Zrouanen ar' i ćegréloh zouchdn' asê ẓArh'mnen. ai*) sond év ćarakord, douéal lizi k'éz t'a-

bebat, et quocum sacrificatus erat, Ormizto dedit dicens: „Hucusque ego tua causa sacrificabar, abhinc vero tu mea causa sacrificari debes.“ Atque quum Zeruan bacillum Ormizto traderet, eique benediceret, Arhmen accedit ad Zeruanum, ac dicit ei: „Nonne tu vovisti, te eum e duobus filiis tuis, qui prius ad te venerit, regem esse creaturum?“ Ad haec Zeruan, ut votum non frangat, respondet Arhmeno: „O mendax et malefactor, datum tibi sit regnum novies mille annorum, Ormiztum vero supra te po-

---

*) cf. supra pag. 31.

րութիւնն ինն հազար ամի,
եւ զՈրմիզդ ՚ի վերայ քո
արքայ կացուցեալ. եւ յետ
ինն հազար ամի Որմիզդ
թագաւորեսցէ, եւ զինչ կա-
միցի առնել՝ արասցէ։
Յայնժամ սկսան Որմիզդ
եւ Արհմն առնել արա-
րածս. եւ ամենայն ինչ՝ զոր
Որմիզդն առնէր՝ բարի
էր եւ ուղիղ, եւ զոր ինչ
Արհմն գործէր՝ չար էր
եւ թիւր։

kavorouťiunen inen h'a-
zar ami, év zOrmizt i wé-
rah k'o ark'ah gazouzéal.
év héd inen h'azar ami
Ormizt t'akavorészê, év
ziné gamizi ar'nél' araszê:
Hainʒam esgsan Ormizt
év Arh'mnen ar'nél
ararads. év aménain inč'
zor Ormiztn ar'nêr' pari
êr év oug'ig', év zor iné
Arh'mnen kordêr' čar êr
év t'iur.

no principem, isque post novem millia annorum regnabit, et quicquid facere velit, faciet.“ Tunc Ormizt, et Arhmen creaturas facere coeperunt; et quodcunque faceret Ormizt, bonum erat et rectum; quicquid vero Arhmen operaretur, malum erat ac perversum.

Nota I.) Ubi plures literae consonantes, quae unâ proferri non possunt, sine vocali interposita se invicem excipiunt, semivocalis ը, ĕ, in pronunciatione inseritur, sed plerumque (cf. supra pag. 36.) in scriptura omittitur. Notandum tamen, hoc *e* brevissimum sive Scheva non interponi sed praefigi, si aliqua vox a litera *u* sive զ incipit, eamque alia consonans sequitur. Utriusque rei exempla in hoc specimine occurrunt, atque lineâ literae *e* suppositâ notata sunt.

Nota II.) Literae ո tantummodo ab initio vocum, ubi *wo* seu *wu* pronunciatur, signum brevitatis (˘) addidimus; in mediis vero vocibus et in earum fine, ubi *üe* seu *o*, *u*, profertur, discriminis ergo hoc signum omisimus.

Nota III.) Tonum in vocibus armeniacis ubique fere ultimam syllabam ferire jam supra diximus pag. 9.

CAPUT III.

DE PERMUTATIONE LITERARUM.

a, *de literis consonantibus.*

§. 1. Vidimus supra in aliis linguis alias saepe literas armeniacis respondere; sed et ipsae voces armeniacae pro vario tempore, variâ dialecto, variâque formâ literarum mutationes quasdam subeunt, quas hîc, prout in promtu sunt, enumerabimus. Monemus tamen, nos non ubique certo posse definire, quid vario tempori, quidve dialectorum varietati debeamus. Sed quum non quaevis litera pro alia quavis poni possit, atque singula quaeque earum tantum vicibus fungatur, quibuscum quodammodo cognata est: multum interest scire, quaenam literae affinitatem quandam seu cognationem inter se habeant, et quaenam igitur literarum classes constituendae sint. Ac primum quidem secundum organa, quibus proferuntur, in tres seu quinque classes dividuntur:

Labiales: բ, պ, փ, ւ, վ, մ — ֆ.
Dentales: դ, տ, թ, ն.
Linguales: ս, ժ, շ, զ, ծ, ձ, ց, ր, ռ, լ.
Palatales: ճ, ջ, չ.
Gutturales: հ, խ — յ, ղ (լ?) — գ, կ, ք (ռ ?).

Ex his literae palatales, quum e literis secundae classis enatae sint, in eandem saepe iterum transeunt.

§. 2. Dispescuntur deinde literae consonantes duce Dionysii Grammaticâ l. l. sec. pro-

nunciationem in tenues, aspiratas, et medias, in mutas, et semivocales, ad quas referendae sunt liquidae, ac denique sec. valorem ipsarum in duplices ac simplices. Atque ita dicuntur:

a) Tenues, նուրբք, ψιλα: պ, կ, տ, ղ, ն, ծ, շ, մ, ո, ր, յ. *)

Aspiratae, թաւք, δασεα: փ, ք, խ, թ, ց, ւ, չ, ջ, ռ, հ.

Mediae, միջակք, μεσα: բ, գ, դ, ձ, ղ, ճ, ժ.

b) Mutae, անձայնք, ἀφωνα: բ, գ, դ, պ, կ, տ, թ, փ, ք, վ.

Semivocales, կիսաձայնք, ἡμιφωνα: ղ, ց, ն, ծ, շ, մ, ս, ր.

Liquidae, նայք: ղ, մ, ն, ր.

c) Duplices, կրկնակք: ղ, ւ, խ, շ, չ, ջ, ռ, ց.

Reliquae omnes consonae sunt simplices.

§. 3. Variis his divisionum generibus novum addere velim, ex quo sec. Grammaticam sanscritam, eâdemque ratione, legibus nempe euphonicis ductus literas consonantes in surdas et sonoras distribuimus: atque surdis quidem accensemus: պ, կ, տ, փ, ք, խ, ւ, ռ, շ; ս, ց, չ, (ջ ?) sonoris vero literas: բ, գ, դ, ղ, ժ, ծ, ձ, ղ, ճ, մ, յ, ն, (ջ?) ր, ւ, հ, թ, վ.

§. 4. His ita expositis ad leges euphonicas pergimus, e quibus literae ejusdem organi ejus-

*) Equidem vero literas ղ, ն, ծ, մ, ր, յ, ob causas ex euphoniae legibus petitas mediis potius accensendas arbitror.

demve classis saepius inter se permutantur. Licet enim literae Armeniorum naturâ sint firmiores quam literae sanscritae, rariusque cedant, exstant tamen certae quaedem leges, e quibus singulae earum aut mutantur, aut abjiciuntur, aut inseruntur; quas leges, non omni quidem tempore et ab omni auctore pariter observatas, nunc deinceps in singulis literis, secundum organa, quibus pronunciantur, divisis, ostendere in animo est.

Regulae vero permutationis primariae sunt sequentes:

1) Literam surdam surda plerumque sequitur, literam vero sonoram sonora. Sed haec regula ibi fere non observatur, ubi literae concurrentes in pronunciatione dirimuntur.

2) In fine vocum literae surdae sonoris praeferuntur.

3) Geminatio consonantium vitatur.

4) Saepius sive in compositione seu reduplicatione, seu denique flexione vocum concursus consonantium evitandi causa aliqua earum ejicitur.

Praeterea vero in multis vocibus literae ejusdem organi seu valoris inter se permutantur, ita ut nulla alia causa, nisi temporum seu dialectorum varietas aut singularis auctoris scriptura aut vere subsit, aut certe subesse videatur.

§. 5. Labiales, բ, պ, փ, ւ, վ, մ.

a) Media բ excidit saepe, ubi duplicanda est in voce աբայ pro աբբայ i. e. Abbas. Per aphaeresin abjicitur in voce ողոք pro բողոք, ob

pronunciationem puto literae ո cf. pag. 37. nisi accipiamus eam potius eâdem de causâ praefixam esse, atque vocem ողոք originem ducere ab ոհ = *vaeh*! ita ut pro ոհք scriptum sit ողք, ac deinde ողոք. Apud Faust. Byzant. p. 105. ed. Ven. վանդակել abjectâ syllabâ բո videtur scripta pro բովանդակել; equidem vero censeo բովանդակել legi pro բաւանդակել a voce բաւ, atque syllabam բաւ omissâ vocali ա transiisse in simplex վ. — Ejicitur denique sec. §. 4, 4. haud ita raro in casu instrumentali nominum in ն exeuntium, (quae litera ante բ mutatur in մ), siqua litera in fine accedit, praesertim si terminatio numeri pluralis cum Pronomine affixo adnectitur. cf. Eznik. ed. Ven. p. 154. առ Ադամամքն pro առ Ադամամբքն *).

Inseritur բ, si literam մ nullâ vocali interjectâ litera ր sequitur. e. g. in voce Թմբրութիւն etc. pro Թմրութիւն etc. a Թմուր deducta; itidem in vocabulo ամբրաւ pro ամրաւ, idque per metathesin literarum pro արմաւ cf. Gr. ἄμβροτος.

Transit haec litera in aspiratam փ in voce ափարփի pro ապարփի, sed saepius sec. §. 3. in literas leniores վ, ւ, et in literam hujus organi liquidam մ, atque adeo in merum spiritum հ, e. g. Վասիլ et Վասիլիոս pro Բասիլիոս **) — վարք pro

---

*) In ejusmodi locis litera մ pro ն remanens casum instrumentalem jam satis indicat.

**) E contrario nomina propria Silvester et Victor scribuntur Սեղբեստրոս et Բեկտոր.

բարք — Աւգար pro Աբգար — Սեաստոս pro Սե-բաստոս — կաշառաւէկ apud Faust. Byzant. pro կաշառաբեկ — մաւն pro բամբին — Հաղորդ pro բա-ղորդ, quod apud eundem Faust. Byz. legitur, — (a voce բաղ).

b) Tenuis պ ejicitur sec. §. 4, 4. in պա-տատել pro պատպատել seu պատեպատել apud Faust. Byz. — Mutatur eadem in literas vicinas փ, բ, վ, մ, e. g. փաթաթել *) pro պատատել — ամբ sec. §. 3. et ամփ apud Agathangelum pro ամպ — ոսքն pro ոսպն — ամբարշտութիւն apud Faust. Byz. p. 44. pro ամպարշտութիւն a radice պաշտ — պղ-ղովկաբիկ apud Faust. Byz. p. 65. **) pro պղղոպա-տիկ — մաղթել pro պաղատել. —

c) Aspirata փ in literas cognatas պ, բ, ւ, saepius convertitur. cf. փոր et պոր — կարափ et կարապ — փայքար ***) et պայքար — ****) ջուղփ et

---

*) In hac voce utraque tenuis in aspiratam altera ob alteram transiit.

**) Singularis enim, ut ex his et aliis exemplis cernitur, est scriptura et orthographia hujus auctoris.

***) Hujusmodi exempla videntur probare, literam aspiratam non modo in literam ipsi sine vocali interjectâ conjunctam, verum etiam in literam per vocalem ab ipsa separatam, immo et in syllabam sive praecedentem seu sequentem vim aliquam saepius exercere; atque idem nonnunquam in literis mediis ac tenuibus locum habere dixerim. Sed ejusmodi leges euphonicae apud Armenios non semper valent, et multis exceptionibus obnoxiae sunt.

****) In voce սեփական pro սեպհական a voce սե-պուհ orthographica tantum mutatio est, quum litera փ e literis պ + հ constet.

չուժք — խարխափել et խարխափել — գերփել et գեր-քել — փաղափցել et բաղափցել *) — կոփել et կռուփել — թօթափել, sive potius թաւթափել pro թափթափել. — Eadem vero etiam abit in gutturalem կ (cf, §. 3.) in voce լակել pro լափել, nisi accipiamus literam կ in փ abiisse. —

d) Litera ւ hoc in loco ut consonans considerata valorem fere digammatis Graecorum habet, atque in mediis vocibus inter duas vocales inseritur, eo tamen discrimine, ut nonnisi literam ո antecedat, si ea vocalem ա seu ե, atque in numis etiam literam յ diphthongescentem sequitur.**) cf. Փաւոս — Մ՝ենեղաւոս***) — Վ՝աՀե-ւունիք seu Վ՝աՀէունիք — Լ՝ևոն — Գ՝ևորգ (գ pro ա sec. §. 4, 1.) — Հայւոց pro Հայոց. — Inseritur quoque ex regula pro vocali heterogenea ի ante terminationem Genitivi ոյ in flexione nominum, quae in ի exeunt. e. g. տեղի Gen. տեղւոյ. (Sed legitur quoque ՚ի խայրիոցն apud Theodor. Kherthen. p. 149. et որդոյ ab որդի Eznik. p. 20. այն-պիսոյն ab այնպիսի ibidem p. 43. ****) —

---

*) Ex his et similibus exemplis videtur elucere, literam ղ modo pro media modo pro aspirata esse habitam.

**) Formam enim Genitivi քուեր, quae apud Mosen Choren. p. 195. ed. Ven. legitur, e breviata vocali ոյ vocis քոյր explicare licet. Scribitur enim Նոյեմզարայ.

***) Sed scribitur quoque Նիկողայոս.

****) Singularis est scriptura Fausti Byzantini, qui pag. 18. ed. Ven. զմայրեւօքն habet pro զմայրեօքն seu զմայրեաւքն.

Ejicitur haec litera in declinatione nominum, quae terminationem իւն seu իւր habent. Haec enim vocalem ա seu ե inter ւ et ն sive ր in casibus obliquis inserunt, atque hinc literam ւ utpote cum his vocalibus non congruam abjiciunt. Ita pro բարութիւան dicitur բարութեան, ac deinde բարութեանց *) a Nominativo բարութիւն — pro աղբիւեր primum աղբիեր, ac deinde աղբեր scribitur a Nominativo աղբիւր. Omittitur quoque ւ in voce geminata թեթւ pro թւթւ.

Mutatur haec litera in spiritum ipsi similem in voce արհեստ pro արուեստ; **) in literam aspiratam eamque surdam, ubi hujusmodi litera antecedit, in voce կոփիլ pro կռուիլ a կռիւ; in literam վ singulari ratione ***) in voce բովանդակ pro բաւանդակ atque aliis ejusdem etymi. — In flexione denique nominum, idque in casu instrumentali, qui terminationem ւ habet, ejus loco modo վ modo բ scribitur; atque illud quidem in nominibus locum habet, quae in Genitivo termi-

*) Cujus rationem infra dabimus, ubi de vocalibus sermo erit.

**) ու enim pro simplici ւ scriptum est, quod, quantum memini, vocali non praecedente in fine vocum nunquam, in mediis vero vocibus nonnisi in declinatione nominum in ի exeuntium (de qua modo diximus), atque ab initio tantum in ligata oratione per aphaeresin vocalis ե, aut ex euphoniae legibus pro literis հ, յ, (vide infra) rarissime invenitur.

***) sine dubio, quoniam confundebatur աւ cum ով cf. supra pag. 52, seu բաւ cum բով, unde derivatur բովագործ. Invenitur quoque յովանակ pro յաւանակ.

nationem: ոյ adsumunt, ne confundantur cum aliis in vocalem ու in eodem casu exeuntibus, hoc vero, nempe ր, in nominibus, quae in literam liquidam ղ, sive ն, seu ր desinunt. e. g. մարդ Gen. մարդոյ Instr. մարդով — աստղ Gen. աստեղ Instr. աստեղբ — ակն Gen. ական Instr. ակամբ — դուստր Gen. դստեր Instr. դստերբ — տագր Gen. տագեր Instr. տագերբ. *)

e) Litera վ secundum formam et usum, ut jam supra diximus, duplex ւ repraesentat, atque hinc ab initio et in fine vocum ejus vicem gerit. In mediis vocibus **) non reperitur, nisi in vocibus compositis, si ultima litera prioris seu prima posterioris membri est, atque in vocabulis, quae ab alio in literam վ exeunte derivata sunt. e. g. ծովեզր a ծով + եզր — կառավար a կառ + վար — զովել a զով. — Sed jam saepius in mediis vocibus ւ ejus loco ponitur. e. g. օթևան pro օթեվան ab օթ + վան — իջևան pro իջեվան — վաւաշ pro վավաշ — դժուար pro դժվար. —

f, Litera մ contra regulam (§. 4, 3.) geminatur in ablativo casu Pronominis interrogativi յումմէ pro յումէ, (quod saepius reperitur) sive յումէն. — Transit eadem in literam ն inter duas vocales aut sequente litera dentali seu gutturali in Pron. pers. I pers. Abl. Sing. յինէն,

*) In voce աղխամաղխ, quam ex աղխ և աղխ seu աղխուաղխ enatam puto, ւ in literam մ transiit.

**) Exceptis nominibus graecis, in quibus ով (cf. supra pag. 39.) literae ωμεγα valorem habet.

Instr. ինև, pro յիմէն — իմու — atque ante literas non labiales, ut in vocibus Հանգոյն pro Համգոյն — Հանգէպ pro Համգէպ. — Saepius vero mutatur in spiritum labialem (sit venia verbo) ւ. e. g. պաշտօն, sive potius պաշտաւն pro պաշտամն cf. Gen. պաշտաման — անուն pro անումն sive potius անոմն. — Deinde haud raro in simplicem spiritum Հ abit, in vocibus Հաշել pro մաշել — Հեշել pro մեշել etc. — Denique in vocalem literis labialibus homogeneam convertitur in voce օխալ pro մախալ.

§. 6. Sequuntur literae dentales դ, թ, տ, ն. Ex his

a, Litera media դ ejicitur (sec. §. 4, 4.) in voce մանրագոր pro μανδραγορας Eznik. p. 66. sq. cf. ընդունիլ et ընկալայ. — In fine vocum, (sec. §. 4, 2.) atque hinc etiam in mediis vocibus sive derivatis seu compositis commutatur cum թ et տ. cf. Թակարդ et Թակարթ — Դաւիթ pro Դաւիդ — կանթեղ ob literam aspiratam ղ pro կանդեղ = *candela* — գերդ et գերթ — ընդ et ենթ — ենթակայ pro ընդակայ — անհեդեդ et անհեթեդ et անհեթեթ — գունդ et գունտ — բանդ et բանտ — խանդ et խանտ, խանդալ et խանտալ etc. — Itidem in literam aspiratam թ transit ob sequentem aspiratam շ, e. g. in voce թշնամի pro դշնամի seu դժնամի — թշուառ pro դժուար — cf. պապաթարց pro ապադարձ. —

b) Litera aspirata թ ejicitur sec. §. 4, 4. ante ծ in verbo քերծուլ, քերծանել, a քերթած cum termi-

natione verbali. Eandem cum դ nonnunquam commutari modo vidimus. In voce ընթանուր pro ընդհանուր differentia tantum orthographica est, quum թ idem sit, quod դ + հ. Sed ընթ-հանուր pro ընթանուր falso scribitur. Eâdem ratione in voce չուառութիւն pro թշուառութիւն literae թշ in չ transeunt, quod ex conjunctione literarum թ sive տ cum շ exortum est. — Convertitur quoque in literam տ, ob literam surdam sive praecedentem seu sequentem, e. g. in vocibus ակատ pro ագաթէս — կատոսյ pro կաթոսյ *).

c, Litera tenuis տ mutationibus saepius obnoxia est, quam դ et թ **). Ejicitur nonnunquam in fine vocum earumque medio post aliam consonam, imprimis post ր, e. g. պարար pro պարարտ — եղր, եղերք pro եղրտ, եղերտք. Saepissime vero ob praecedentem literam sonoram (cf. §. 4, 1.) in sonoram, et ob mediam in mediam, ob aspiratam vero in aspiratam mutatur. Dicitur enim Կոստանդիանոս pro Կոստանտիանոս seu Կոստանտինոս — ադամանդ pro ադամանտ — բաղդ et բախտ ***) — ընդանի pro ընտանի — անձրդի pro անձրտի — փաթաթել pro

*) In voce ուցուն pro ութսուն non est mutatio literarum sed contractio.

**) Atque in universum dici potest, literas saepius molliri quam duriores fieri.

***) In voce բախտ litera տ non mutatur in թ, quoniam խ praecedens surdis, թ vero sonoris literis accensetur. (cf. §. 3.)

պատառել — շիթ pro շիտ — զաղթ pro զաղտ *) — մաղթել pro պաղատել — cf. ութ — եւթն etc. Denique transit eadem, ut in vocibus exoticis **) ita quoque in armeniacis nonnunquam in semivocalem յ, ut in voce տարպայական pro տարպատական.

d) Litera hujus organi liquida ն ante alias consonantes in nominibus exoticis haud raro omittitur, praesertim ante literam ս, e. g. Վաղէս = *Valens* — Կոստանդիանոս = *Constantinus* — sed etiam ante alias literas, ut կ, e. g. Վի-կենտոս = *Vincentius*. Ejicitur porro in Perfecto et Futuro multorum verborum, quae in Praesenti et Imperfecto hanc literam insertam habent, e. g. մարտնչել Perf. մարտեայ — ուսուցանել Perf. ուսուցի etc. — Abjicitur deinde saepe in fine vocum praecedente alia litera consonante, cujus rei exempla sat multa infra in Capite, quod de declinationibus agit, invenies. Pertinent huc երէց pro երէցն seu երեցն, երիցն sec. Gen. pl. երիցանց etc. — մարդիկ pro մարդիկն cf. Gen. pl. մարդկան. — Sed inseritur quoque nonnunquam ante literam տ seu դ, et in multis verbis. Ita legitur անդամանդ pro ադամանդ — պանդանդ apud Faust. Byz. p. 90. pro պատանդ — cf. մարմանջ et մարմաջ etc. — atque սպանանել a սպան — յանցանել a յանց etc. Denique praefigitur in voce նշող seu նշոյլ pro շող. —

*) vide supra pag. 54, Nota *).

**) cf. supra pag. 21 et 33.

Saepissime commutatur haec litera cum ր cf. պանծալ et պարծիլ — ցիրկեցան pro ցիրկեցիր — գնել, լնուլ et դիր, լիր in fine vocum compositarum — cf. տանել et Praet. տարաւ — փոքր et Nom. pl. փոքունք — երկայն et երկար. — Transit quoque ab initio vocum nonnunquam in հ, ut in vocibus հայել pro նայել — հիւթ pro նիւթ — in mediis vero vocibus praecedente vocali ա saepius in literam յ convertitur, quae ex hodierna pronunciatione cum illa diphthongescit *). Ita dicitur այդր pro անդր — հրամայել pro հրամանել a voce հրաման — երկբայանալ pro երկբանանալ ab երկու + բան — կանայք pro կանանք cf. Gen. pl. կանանց. — Si litera labialis sequitur, in flexione semper, in compositione plerumque in literam մ mutatur, e. g. ըմպել pro ընպել — ամպարիշտ pro անպարիշտ etc. — հիմամբ pro հիմանբ etc. — Sed legitur quoque բանբեր apud Faust. Byz. et անբերձ ac similia.

§. 7. His affines sunt literae linguales ժ, ս, շ, զ, ծ, ձ, ց, et liquida ր, cum literis ռ et ւ, quae cum illis et inter se saepe commutantur. Atque ita

a) ժ, quae literis mediis respondet, nonnunquam in tenuem ս et aspiratam շ **) abit.

---

*) cf. supra pag. 31. sq. Sed jure quaeri potest, an non potius inseratur, ut vocalem longiorem reddat, atque ita literam ն ejectam quodammodo compenset.

**) Licet enim supra §. 2. hanc literam duce Grammat.

cf. բամբիշ et մանն *) — ամփոյժ et աշխոյժ. Abjicitur in initio vocis ժամանակ, cujus loco et ամանակ scribitur.

b) Litera ս in vocum initio abjicitur seu praefigitur. cf. կերտուք et սկերտուք — տածել et ստածել — քօղել et սքօղել — թափել et սթափել. — Geminatio ejus vitatur in Nomm. propr. Հասան, i. e. *Hassan* — Ոդիսևս, i. e. *Odysseus*. — Abjicitur porro saepius haec litera in terminatione Nominum graecorum, imprimis in casibus obliquis, e. g. Ներքէսս, Gen. Ներքէի — Կադմոս Gen. Կադմեայ etc. — Convertitur ս in շ in nominibus Եղիշէ pro Եղիսէ — Մովշէ pro Մովսէս; in liquidam ր in Imperativis Verborum, e. g. եր pro ես — լեշե՛ր seu լինիշե՛ր pro լիցիս seu լինիցիս — sed et alibi, ut in Nomine pr. Արտաշիր pro Արտաշէս. In vocibus vero տիգրոն pro տիսպոն seu տիսփոն i. e. *Ctesiphon* — զգալ pro սգալ — զգեստ pro սգեստ aliisque in literam mediam abit. Denique in literam dentalem mutatur in voce թուր pro սուր. —

c) Litera aspirata ob praecedentem seu sequentem literam mediam գ in mediam ժ transit, e. g. in vocibus դժուար pro դշուար seu դշվար cf. pers. دشوار — Աժդահակ pro Աշդահակ — Նժդեհ pro Նշդեհ. — Abjecto sono sibilante in

---

Dion. tenuem dixerimus, videtur tamen potius aspiratis adnumeranda esse.

*) nisi potius accipiamus, ս mutatum esse in մ.

literam dentalem, eamque mediam ob liquidam praecedentem abit in voce ապրդում apud Faust. Byz. pro ապրշում cf. pers. ابریشم. — In spiritum Հ mutatur in voce Հողի pro շողի.

d) Litera media դ*) in multis verbis praefigitur, atque vim aliquam eorum notioni addere videtur. cf. անցանել et դանցանել — ընկենուլ et դընկենուլ — ելանել et դելանել — նստիլ et դնստիլ — գրգռել et դգրգռել — մածել et դմածել — չար et դչարիլ. Huc pertinent quoque voces արթուն et դարթուն — պյրուց et դպյրուց — գառիմ et դգառիմ — դլխեմ et դդլխեմ etc. In nonnullis vero hujuscemodi vocibus in simplicem spiritum Հ seu literam յ, quae cum Հ saepissime confunditur, abiit. cf. Հարկանել et դարկանել — յանցանել et դանցանել. — Sed et alibi haud raro in Հ sive յ convertitur, cf. Հագանիլ et դգենուլ — Հոլ et դոլ — յօդ et դօդ — յատանել, Հատանել et դատանել.

e) Litera ծ in fine vocum post aliam consonantem per apocopen abjicitur in vocibus ողեղ pro ողեղծ — անձնապուր pro անձնապուրծ — մազապուր pro մազապուրծ; atque commutatur interdum cum տ, ղ, ձ, atque etiam cum ս et թ. cf. ստեղն et ծեղ — մատղիմ et մածանիմ — ձկոյթ et ծկոյթ — ծանեայ et ձանաչեմ — կորուսանել et կործանել — սորել, թորել et ծորել — թիւր et ծուռ — cf. quoque թանձր et ծանր. —

*) ut in lingua Russica litera с in Tempore Perfecto Verborum.

f) Litera ձ praesertim praecedente litera ն saepissime transit in ծ cf. ինծ et ինձ — պանծանալ et պանձանալ — անծկացեալ apud Faust. Byz. p. 31. et անձկացեալ*) — գծուծ pro գձուձ — ծաղ pro ձաղ. — In Participiis դարձեալ et բարձեալ ab Infinitivis դառնալ et բառնալ primo quidem adspectu litera ձ posita videtur pro ց, ac դարձեալ scriptum pro դարցեալ, բարձեալ pro բարցեալ, sed rectius puto ea derivari a դարձ et բարձ, atque Infinitivos pro դարձնալ et բարձնալ ejecto ձ scribi դառնալ et բառնալ.

g) Litera ց, quum sit durissima, crebro emollitur, et in fine verborum, praesertim si litera liquida praecedit in ծ seu ձ, in mediis vero verbis inter duas vocales in ղ convertitur, ut in vocibus յեղծ seu յեղձ pro յեղց — քարձ pro քարց — փիծ pro փից — գթած, (atque alia quoque nomina Adjectiva hujus formae, quae pro Participiis habeo) pro գթաց a verbo գթանալ — եղուղանել aliaque verba ejusdem formae, pro եղուցանել etc. — Quum haec litera *e* compositione literae sibilantis cum litera *t* seu *th* enata sit, pro iis haud raro ponitur, e. g. in մրցել pro մարտնչել — ուցուն pro ուլթուն — atque, ut evitetur concursus consonantium durarum (sec. §. 4, 4.), in eas saepe dissolvitur. Hinc scribitur վաթսուն et վացուն pro վացսուն, seu վեցսուն — վեշտասան pro վեցտասան — et in Futuro Verborum գովես-

*) Per metathesin literarum idem quod ցանկացեալ.

ցես etc. pro զովեցցես *). Sed invenitur quoque կեցցես etc. ab Infinitivo կեալ. — Ante vocalem ի in formis Futuri et Imperativi, si eam ր seu ք sequitur, plerumque transit in չ; e. g. եղիջիք pro եղիցիք — եղիջիր pro եղիցիր — հանջիք, զովեսջիք, առիջիք pro հանցիք, զովեսցիք, առիցիք; nunquam vero legimus եղիջես, եղիջին etc. pro եղիցես, եղիցին etc. —

h) Litera hujus organi liquida ր pariter atque litera duplex ռ in nulla fere voce proprie armeniaca, ut in linguis, quae tataricae dicuntur, tanquam litera initialis legitur. In mediis vocibus saepe ante literas sibilantes inseritur; qua de causa scribitur Բարսեղ pro Բասիլիոս — բարձին pro բաձին — ամպարիշտ pro ամ **) + պաշտ — կռապարիշտ pro կռապաշտ — բարշ pro բաշ — յաւերժ ***) pro յաւէժ. Ejicitur haec litera ante հ in voce իրաւախոհ pro իրաւախորհ, ****) atque in flexione nominum Adjectivorum, idque in casibus obliquis numeri Singularis eorum, quae in ր

*) Atque, quoniam usu evenit, in his formis scribere սց pro ցց, litera ս etiam praefigebatur, ubi alterum ց deerat, e. g. in forma եկեսցես pro եկիցես seu եկցես ab Infinit. գալ.

**) cf. supra pag. 60. §. 6.

***) nisi accipiamus, hanc vocem exortam esse e Praefixo յ et ա + վերջ.

****) Sed majori jure fortasse sumere licet, hic ut alibi literam ր insertam esse ante հ, quemadmodum in vocibus պարհել pro պահել — գործապարհանդք pro գործապահանդք — տարապարհակ pro տարապահակ. —

praecedente alia consonante exeunt, e. g. բարձր Gen. բարձու — ծանր Gen. ծանու; sed reperitur quoque թանձրու pro թանձու a Nom. թանձր.

Commutari hanc literam persaepe cum litera ն jam supra §. 6, d. vidimus; commutatur quoque nonnunquam, imprimis in fine vocum, atque praecedente litera ս cum litera ւ, quatenus ea pro linguali habetur *) cf. համարակար et համարաւկալ — հրամանակար et հրամանաւկալ — սիրանալ et սլանալ — conferatur quoque խարխարիլ et խախխաւլել. Eadem convertitur interdum in հ et յ, ut in vocibus վեհ pro վեր — յայցել et հայցանել pro հարցանել. — Saepissime vero, idque imprimis ante literam ն, praecedente vocali brevi, et in contractione transit in literam duplicem ռ, e. g. in vocibus բեռն pro բերն a բեր + ն — յառնել pro յարանել — ջեռանիլ et ջեռնուլ pro ջերանիլ a voce ջեր — առլեղ ap. Eznik. p. 98. pro արալեղ — դառնալ pro դարձանալ? cf. supra pag. 63. — Denique saepius transponitur litera ր, scribitur enim կրկին pro երկուկին — արտաշէկ pro ատրաշէկ — արտաշիկանալ pro ատրաշիկանալ — ապարահ pro ապահար. —

i) Litera ռ secundum formam et usum nil nisi duplex ռ repraesentat, subinde tamen etiam literae aspiratae vicem gerere videtur. Ab initio vocum vere armeniacarum rarissime, ne dicam

*) Haec commutatio in lingua vulgari imprimis frequens est, quum in ea haec litera mere lingualis facta sit.

nunquam, occurrit, uti ր simplex. In mediis vocibus interdum in spiritum հ abit, ut in voce մահ, quacum cf. մեռանիլ. Sed uti ր in ռ, ita quoque vice versa ռ in ր saepissime convertitur, atque etiam in duplex ր dissolvitur, e. g. մրմռալ pro մռմռալ — գրգռել pro գռգռել — բարբառ pro բառբառ — cf. առնել, արար et մեծարել. — Observavimus vero, in mediis vocibus sequente litera ն, quae ad stirpem sive formam pertineat, ubique fere scribi ռ, sin vero alia litera sequatur, plerumque ր poni, e. g. այր Gen. առն; sed scribitur այրն i. e. *vir ille*, et արամբ, արք — տէր Gen. տեառն — լեառն Gen. լերին — ձեռն et ձեռբակալ — քոյր Gen. քեռ et քերբ, քերց etc. cf. quoque երեք pro եռք. — Sed negligitur hic illic haec regula in flexione et in vocibus compositis, e. g. ձեռն Gen. ձեռին Nom. pl. ձեռինք et ձեռք — առթել ab առիթ — առբերել ab առ + բերել. — Ab initio vocum, si alia consonans praeter literas dentales դ et տ praecedit, modo ր modo ռ legitur. cf. բուռն Gen. բռան sed դուռն Gen. դրան etc. —

k) Literam ւ cum ր subinde commutari modo diximus; sed propter singularem hujus literae naturam (cf. pag. 28.) rarius hoc fit quam in aliis linguis. Saepissime vero commutatur cum ղ, *) atque haud raro hae literae promiscue usur-

*) Forma Praeteriti verbi substantivi եղէ etc. ortum ducere videtur e forma participiali եալ, seu vice versa. Similiter in Praeterito verbi slavonici terminatio *х* (i. e. Chärr) respondet terminationi *л* in verbis russicis.

pantur. Observavimus tamen 1, in Nomm. propriis graecis terminationem *λιος, λιά*, plerumque scribi literâ լ, ut in Յուլիոս, *Julius*, 2, in aliis Nomm. propriis terminationem *ēl* semper exprimi per էլ, *ĕl* vero per ել, e. g. Բէլ, *Bel*, Արիստոտէլ, *Aristoteles*, Բարսեղ, *Basilius*, atque 3, ղ, quum litera sit gutturalis, ex vetere scriptura gutturalibus plerumque apponi, e. g. Կղէոպատրայ, *Cleopatra*, Աղեքսանդր, *Alexander*, denique 4, in vocibus armeniacis, in quibus (cf. supra pag. 29.) litera լ literis *pl, fl, cl* seu *kl* aliarum linguarum respondet, eam non converti in ղ. Itaque non scribitur ղաւ, ղայն, ղոյս, ղի, sed semper լաւ, լայն, լոյս, լի etc.

§. 8. Has literas excipiunt palatales ճ, չ, ջ, quae e conjunctione dentalium cum lingualibus exortae, in eas saepius dissolvuntur, atque inter se et cum aliis subinde commutantur.

a) ճ affinis est linguali ծ, uti cernitur e vocibus ճկոյթ et ծկոյթ — ճիւղ et ծիղ — ճանաչել et Perf. ծանեայ — commutatur cum չ et տ in vocibus կոչկոճել pro կոճկոճել — տէպ = ճէպ — atque in mediis vocibus sequente litera aspirata, et in fine vocum sec. §. 4, 2. haud raro in ջ transit. cf. կնջիթ et կնճիթ — ճանջիոն et ճանճիոն — բջիջ et բճիճ — գէջ et գէճ — քունջ et քունճ — կինջ et կինճ; deinde vero etiam dicitur գիջութիւն et գիճութիւն — կնջանալ et կնճանալ etc. —

b) Litera չ e literis թշ enata in voce չուառութիւն pro թշուառութիւն cum ճ, ac praesertim

cum ջ saepe commutatur; cf. դահիճ et դահիչ — անշշունջ et անշշունչ apud Elis. p. 367. ed. Ven. հաջել et հաչել — կարկաջել et կարկաչել etc. —

c) Literam ջ pro ց sive պց ante terminationes Imperativi et Futuri եր et եք plerumque scribi, jam supra §. 7 pag. 64. vidimus; atque ex exemplis modo apud literas ճ et չ allatis jam satis apparet, eas cum ջ crebro commutari.

§. 9. Restant literae gutturales հ, խ — յ, ղ — գ, կ, ք, quae cum palatalibus tertiam consonantium classem constituunt. Ex his

a) litera հ per aphaeresin saepius in vocum initio abjicitur, cf. ալիս pro *Halys* — ամբար apud Faust. Byz. pro համբար — անդերձապետ pro հանդերձապետ — itidem in mediis vocibus compositis; scribitur enim գլխատել pro գլուխ հատել — ազգատ առնել pro ազգահատ առնել — փողար pro փողհար — հեծեծանք pro հեծհեծանք — փողոտել pro փողհատել — խոցոտել pro խոցհատել? *) — Eadem litera praefigitur nonnunquam vocibus a vocali et a consonantibus quibusdam, nempe ղ ւ, ս, incipientibus. cf. աւաքել et հաւաքել — արթչիլ et հարթչիլ — աստել et հաստել — եղերգակ et հեղերգակ — ոռնիլ et հոռնիլ — զօր et հզօր — հլու etc. et լու in locutionibus լու առնել, լու լինել — սկայ et հսկայ — սկել et հսկել. **) — In nominibus e

*) cf. դրամ pro درهم.

**) Sed quaeri potest, an litera հ, sive յ, quae, ut modo videbimus, non minus saepe in similibus locis reperitur, vere

graeca lingua depromtis հ non modo pro spiritu aspero, verum etiam pro leni reperitur. cf. հռետոր et ῥητωρ — հռոմ et Ῥωμη — հերետիկոս et αἱρετικος. — հալուէ et ἀλοη — հեռ et ἐρις — in aliis nominibus modo scribitur հ, modo omittitur. cf. Եղիա et Հեղիաս — Եբրայեցի et Հեբրայեցի — Աբրամ et Աբրահամ — Ab initio vocum interdum transit in յ, cf. հատել et յատել — հարցանել, հայցանել et յայցել — atque in ւ ante literas իւ. cf. ւիւանդ pro հիւանդ — ւիւթ pro հիւթ — commutatur deinde cum ղ in voce խոհ = խող — cum վ vero ob praecedentem literam labialem, in voce մարզպանավար apud Faust. Byz. p. 75. pro մարզպանահար. cf. արհեստ et արուեստ, de qua voce jam supra pag. 55. dictum est.

b) Litera խ in vocibus compositis sec. §. 4, 4. saepius abjicitur. cf. փոխելութիւն apud Agath. pro փոխխելութիւն — փոփոխել pro փոխփոխել — վարպագ pro վայրկխող — atque haud raro ex regula §. 4, 1. tradita, atque alibi etiam convertitur in հ et ղ. e. g. in vocibus բախտ et բաղդ — վախճանել et վաղճանել Faust. Byz. p. 92. — ջախջախել et ջաղջաղել — խոխ et խոհ — խոյակապ apud Agath. et հոյակապ — նահապետ pro նախապետ. —

c) Litera յ saepissime praefigitur vocibus a vocali incipientibus; *) unde legitur յաջող pro

praefixa sit, et fortasse pro ղ cf. supra pag. 62. scripta, an iisdem propria sit, et, ubi deest, abjecta.

*) cf. pag. praecedentis Nota **).

աչող — յաշտ pro աշտ — յեղուզակ pro եղուզակ — յերկար pro երկար — յիշոցք pro իշոցք — յորչ pro որչ — յուղեւոր pro ուղեւոր — յօշոտել pro օշոտել. — In mediis nominibus exoticis յ inseritur, ubi vocalem ա alia vocalis excipere debet, e. g. in այեր pro *ἀήρ, aër* — Միքայէլ pro *Μιχαήλ* — Բեթ-սայիդա pro *Βηθσαϊδα* — Կափառնայում pro *Καπερναουμ.* *) — Sed scribitur Աբրաամ, Բաղաամ etc. —

Exceptis vocibus ab յ incipientibus, quae cum Praefixis conjunctae sunt, haec litera in mediis verbis eorumque fine nonnisi praecedente ա seu ո reperitur, ac sequatur necesse est sive vocalis, seu consona simplex, seu denique duae consonantes, quae in pronunciatione ob causas ex etymologia petitas dirimuntur. Hinc scribitur զյաղթ, **) անյաղթ, sed ամենայաղթ pro ամենյաղթ — porro այս, այդ, et այժմ pro այս ժամ — այդր pro այդուր (cf. այլուր) — այնմ pro այնում (cf. մարդում) — այր, հայր, et հայրն i. e. *pater ille* — sed e contrario աստ, անդ, առն, հարք. ***) In his, quas ultimo loco posuimus, formis et vocibus, litera յ ejicitur, quia syllaba propter duas consonantes finales corripi debuit; atque idem nonnunquam locum habet, si ea tonum amittit, ut in voce

---

*) cf. supra p. 54. §. 5, d. cum notis **) et ***).

**) Sed legitur quoque զօդ pro զյօդ — զատակս pro զյատակս — զորձանս pro զյորձանս — զստակութիւն pro զյստակութիւն etc.

***) cf. arab. ليس, لست.

այր Gen. pl. արանց *). Inseritur vero յ, ubi syllaba ultima ob ejectam consonantem longa redditur, **) e. g. in II. Pers. plur. Praes. Verborum in աւ et ու desinentium ***) լուանայք pro լուանաւք — Հեղոյք pro Հեղուք, †) ut τιθεις pro τιθευς; atque additur in earum vocum fine, quae in ա seu ո exeunt, quoniam hae syllabae finales ob tonum longae semper esse debent. cf. supra pag. 9. et 32. — Quemadmodum Հ in յ, ita vice versa յ subinde in Հ convertitur; reperitur enim Հի՞մ scriptum pro յի՞մ — Հետ pro յետ. In Genitivo casu et Ablativo nominum quorundam (similiter atque S. juvân, L. juvenis, in Pers. جوان — S. jakṛt, Lat. jecur in Pers. جگر — Gr. ἱεραρχια, in Ital. Gerarchia —) videtur transiisse in ջ. ††) cf. մօջ pro մօյ — յեկեղեցւոջէ pro յեկեղեցւոյ — denique mutatur in ւ,

---

*) vide pag. 9. յ enim, ut supra pag. 32. dictum est, vocalem longam reddit, quemadmodum in lingua vernacula medii aevi scribitur jair, dair, boich hodie vero Jahr, dar, Buch.

**) Ita fortasse in voce այր pro արն, առն — cf. արամբ, արանց etc. ut λεων pro λεονς. cf. ընդդյր pro անդորր.

***) nisi forte sumere malis, ւ primum in Հ, ac deinde in յ transiisse.

†) ույ enim in vocibus armeniacis nunquam occurrit.

††) Hinc elucere puto, Armenios in fine etiam vocum ոյ pronunciasse *oi* seu *ui* (cf. pag. hujus Nota *), ac revocare velim, quod supra pag. 32. dictum est, licet varia scriptura որդոյն et որդոն, atque voces Ցոյն pro Ἰων aliaeque id confirmare videantur.

idque saepissime praecedente ո, si vox in fine crescit, atque syllaba ոյ ob amissum tonum corripienda est, cf. գոյն, գունոյ *) — rarissime vero Praefixum յ sive ob sequentes sive etiam ob praecedentes literas in ւ abit; legitur enim ւիւրաքանչիւր et ւիւրաքիւրոց pro յիւրաքանչիւր et յիւրաքանչիւրոց **) — atque etiam և ոչ ւայդմանէ pro և ոչ յայդմանէ. —

d) Litera ղ non geminatur in voce Ապողոն pro Ապողղոն sive Ապոլլոն — ejicitur sec. §. 4, 3. 4. in vocibus աղեղնաքուխ pro աղեղնաքուղխ — ծիծաղել pro ծաղծաղել — ախ pro աղխ — commutatur cum խ, հ, ut modo vidimus sub his literis, cum ւ †) in voce քաւդեայ apud Faust. Byz. p. 165. pro քաղդեայ *Chaldaeus*, cum յ in terminatione Adjectivorum եայ pro եղ, saepissime vero, ut jam dictum est, cum լ, praesertim in vocum initio, ubi litera ղ in vocibus vere armeniacis rarissime reperitur; ††) verba enim ղեկ seu ղեակ, ղեւոր, ղորդ, nonnisi decurtata sunt ac posita pro ուղղեակ, ուղղեւոր, ուղղորդ. Denique in

*) Sed scribitur quoque promiscue երեկուն apud Elis. p. 366. et երիկուն ap. Eznik. p. 305. pro երեկոյն.

**) cf. supra pag. 69.

†) cf. Lat. alter et Gall. autre.

††) Similiter in sermone italico dicitur *Luglio* pro Lat. *Julius*. — Adde hîc, in codd. antiquis discrimen observari inter այղ et այլ; illa enim scriptura Conjunctionem indicat, haec vero Adjectivum.

voce աղաբողդբ pro ἀναβολή singulari ratione ղ scriptum est pro ն.

e) Litera դ ejicitur secundum §. 14, 4. in voce composita յիսուն pro հինգսուն — atque commutatur imprimis cum literis cognatis կ et ք, cf. ցանկ et ցանգ — ճամ et Perf. եկի — կոչել et գոչել — ակատ et ագաթէս — վտանգ et վտանկ — ախրանենկ apud Faust. Byz. pro ախրանենգ — ագաղաղ i. e. *gallus* et աքաղաղ — ագցան et աքցան — Թարքմանի in versione Ev. Matth. 1, 23. pro Թարգմանի — Թաքչել et Թագչել — փափաք et փափագ; convertitur porro in վ in voce վտակ pro գետակ a radice գետ, atque etiam in ղ in voce Հաղորդ pro հադորդ. —

f) Litera կ abjicitur in nomine Հայք pro Հայկք sec. §. 4, 4. atque hinc etiam scribitur Հայաստան pro Հայկաստան. Transit eadem in alias literas gutturales, nempe in գ cf. անգանել apud Faust. Byz. *) pro անկանել — մանգութիւն ibidem pag. 33. pro մանկութիւն — ընգեր ibid. p. 40. pro ընկեր — ընգենուլ ibid. p. 190. pro ընկենուլ — խորամանգել ibid. pro խորամանկել — մանգաբարոյ ibid. pro մանկաբարոյ — անգոց apud Theod. Kherthen. p. 148. pro անկոց — պատանգանել pro պատանկանել ab պատ + անկել — in ք cf. քանաչ pro կանաչ — ծամկել et ծամքել — պատկել et պատքել — in խ cf. մթիկ et մթին seu մթեխ — կնչել et խանչել — կռուիլ et խռովել — in հ cf.

*) cf. pag. 53. Nota **).

խոկ et խոհ — լիկ et լիհ; atque etiam in literam palatalem ճ cf. լիկ et լիճ — նուկիկ et նուկիճ — denique in voce լափել pro լակել videtur կ in aliam literam surdam eamque aspiratam propter praecedentem aspiratam ւ commutata esse *).

g) Litera aspirata ք sec. §. 4, 4. abjicitur in voce հեղ pro հեղք — atque commutatur saepius, ut modo vidimus, cum գ et կ; praeterea vero etiam cum չ in voce չորք et քառ, et cum ղ in voce ղենի et ղենել pro քենի et քենել. — —

b) *de literis vocalibus.*

§. 10. Eâdem ratione, quâ literae consonantes, vocales quoque variis mutationibus subjectae sunt, atque regulae hujus permutationis primariae sunt sequentes:

1. Si vox in literam consonam desinens sive in flexione seu in vera compositione in fine crescit, vocalis brevis, praesertim ի et ու, syllabae tono destitutae abjicitur, vocalis longa vero seu diphthongus in cognatam brevem convertitur.

2. In syllaba tono insignita vocalis brevis in longam seu diphthongum ipsi respondentem mutatur; atque idem fit compensandi causa, si in fine syllabae ultimae altera duarum consonantium abjicitur.

3. Literae liquidae ղ, ն, ր, amant vocalem ա.

*) Sed rectius forte լակել componitur cum լիզել et cum graeco λείχω, լափել vero cum latino lambo.

4. Saepius ob vocalem syllabae primariae vocalis praecedentis sive sequentis syllabae mutatur.

5. Literae vocales ա et ո non possunt immediate praecedere aliam vocalem, litera ե vero tantummodo vocalem ա, quacum diphthongum efficit.

§. 11. Vocalis ա inseri solet in vocibus compositis, quarum membrum posterius a consonante incipit. cf. նորակերպ — ընծայաբեր — ճաշկեց — Լիագոյն — Հայակազմ — Թթուաբեր — sed reperitur quoque խոյզդողութիւն — արուեստագիտութիւն apud Eznik. pag. 21. — աղեղ apud eundum pag. 98. — խորդխորդումն*). — atque e contrario աստուածադր ibidem pag. 9., licet dicatur աստուածախառնեցին. — Si prius membrum vocalis ի claudit, idque monosyllabum est, plerumque, modo excipias vocem Միաստան a մի —, տամն, ա itidem inseritur; sin vero pluribus syllabis constat, modo ա inseritur, modo ի mutatur in ե. cf. ձիակայն — բարիագաւն —, բարեգործ —, atque, si alterum membrum a vocali incipit, aut ի prioris abjicitur, cf. զինուոր — aut remanet. cf. բարեխառնեալ — ամենագեղ — Լի-եալ**). — Interdum in syllaba tono destituta secundum §. 10, 1. praesertim si duae consonantes sequuntur, ա abjicitur, seu, quod idem est, mutatur in ը. cf. անկողին et ընկողին — ական—

*) Sed in reduplicatione rarius inseritur.

**) In voce բարեբար modo singulari alterius membri vocalis ա tanquam litera inserta abjecta est, et ultima prioris ի in ե mutata.

ջայց et անկընջայց — ասպանջականութիւն et ասպընջա-կութիւն.*). — Porro eadem litera nonnunquam in alias vocales transit: 1; in diphthongum այ sec. §. 10, 2. cf. առն, արք, արանց cum այր — լուա-նայք pro յուանաք — cf. supra pag. 70. sq. 2, in ե secundum §. 10, 4. in vocibus պայծաղն Gen. պայծեղան**) — մերձենալ pro մերձանալ — երկերիւր pro երկու seu երկ + հարիւր — reperitur quoque աշխատեցուցանել pro աշխատացուցանել — et կարեւան apud Faust. Byz. pro կարաւան. — 3, in ի. cf. սատակել et սատիկել — ապաղէն et ապիղէն — առաջակայ et առաջիկայ — 4, in ո secundum §. 10, 3. cf. փողոտել pro փողհատել — խողոտել pro խողհատել? — ոռոգանել pro առոգա-նել — մոլոր pro մոլար a մոլի + ար pro արար ut in voce մեծարել — փողփողել fortasse ob literam labialem praecedentem pro փաղփաղել. — 5, in ու cf. խառնիխուռն pro խառնխառն, ut in vernacula lingua Mischmasch, Zickzack, et similia.

§. 12. Vocalis ե in mediis vocibus interdum inter duas consonantes inseritur. cf. ամենեքեան pro ամէնքեան — եկեղեցի pro եկղեցի i. e. ἐκκλησια — երեք pro երք seu եռք — չորեք pro չորք —

*) In flexione abjicitur tantum, ut modo videbimus, si praecedente vocali ե in diphthongum abit, atque in nomine աստուած, quod discriminis ergo in casibus obliquis scribitur աստուծոյ etc. si De Deo vero, աստուածոյ etc. autem, si de deo fictitio sermo est.

**) Nisi forte formam Genitivi ab inusitata Nominativi forma պայծեաղն derivare malis.

atque hinc quoque երեքին, չորեքին, տասներեքին. —
Eadem vero abjicitur tanquam litera initialis Copulae և in ligata oratione metri causa, si vox sequens a vocali incipit. cf. Ners. Glaj. opp. poet. ed. Ven. 830. p. 498. ու pro և ու — ibidem pag. 27. առողջութիւն pro և առողջութիւն; — deinde in casu instrumentali nominum, ut infra videbimus, atque etiam licet rarius sec. §. 10, 1) in flexione nominum quorundam, et in nominibus derivatis. cf. ուղեղ Gen. ուղղոյ — աղեղն Gen. աղղան — թիթեղն Gen. թիթղան — վտակ pro գետակ *) — alibi vero nunquam fere abjicitur, sed mutatur subinde in alias vocales; nempe 1, in ա sec. §. 10, 4. in voce ապարասան pro ապերասան ab ապ + երասան — 2, idque saepissime sec. §. 10, 2. in է, sive etiam, imprimis in syllabis flexionis sequente consonante in diphthongum եա cf. կէտ pro կետ Gen. կիտի — գմբէթ pro գմբեթ Gen. գմբեթի — Ճեղքէն pro Ճեղքեն **) Gen. Ճեղքենայ — ամէն pro ամեն Gen. ամենի — է pro ե — գործէ pro գործե — երգէցն ***) pro երգեցն Gen.

*) In voce միւս seu մեւս pro մի եւս quaeri potest, utrum vocalis ե an ի abjecta sit; illud tamen rectius puto.

**) Nulla enim vox in lingua armeniaca in vocalem ե exit. In nominibus pr. Կաղամոն Gen. Կաղամեայ ac similibus, forma Genitivi itidem ex inusitata Nominativi forma Կաղամէ explicanda est.

***) Saepius tamen in եա convertitur. cf. այծեամն Gen. այծեման — եղեամն Gen. եղեման, — sed, ubi duae consonantes finales arctius inter se cohaerent, vocalis ե remanet, e. g. կերպ Gen. կերպի — արուեստ — բերդ

եղեգան — *էք* pro *եաք* — *սիրէք* pro *սիրեաք* — Perf. I. pers. S. *գործեցի* et III. pers. S. *գործեաց* sed scribitur *գնեկեցի* III. p. *գնեկեց* et *գնեկեաց* — Part. *կատարեալ* Gen. *կատարելոյ* — *խաչագեղեաց* Gen. *խաչագեղեցի* — *մատեան* Gen. *մատենի* — *կեանք* Gen. *կենաց* — *սեաւ* Gen. *սեւոյ* — *կենսատու* a *կեանս* pro *կեանս* + *տու*. — 3, in *ի* in voce *երկի-կուն* ap. Ezn. pag. 305. pro *երեկուն*. 4, in *ու* sec. §. 10, 4. in Conjunct. Praes. Conjug. III; *առնուցումք* pro *առնուցեմք*.

§. 13. Vocalis longa *է* neque abjicitur, neque inseritur unquam; sed modo vidimus, eam persaepe commutari cum vocali *ե*, ita ut in ejus locum substituatur; atque itidem eam subinde pro diphthongis *այ* et *եա* poni, paullo inferius, ubi de his diphthongis agetur, elucebit. Addimus hic vice versa partim discriminis causa, ut in vocibus *գետ* i. e. *fluvius*, et *գէտ* i. e. *doctus* — partim, si litera consonans inseritur, ita ut syllaba in duas consonantes exeat, quemadmodum in voce *յաւերժ* cf. supra pag. 64. pro *յաւէժ* — nonnunquam *ե* legi pro *է*. —

§. 14. Litera *ը*, quum semibrevis sit, cf. supra pag. 36. et proprie absentiam vocalis indicet, huc non pertinet; quoniam mutationi in aliam vocalem non subjecta est; et si quando transire

etc. atque alibi quoque, ubi vox in unam consonantem desinit, e. g. *գեղ* — *բեր* — *թել* — *համեմ* — *համեստ* — *պատէ* etc. legitur vero etiam *բղեաշխ* et *բդեշխ* — *լեարդ* Gen. *լերդի*, — *լեառն*, *ձեռն* etc.

videtur, in eandem vocalem, unde enata est, convertitur.

§. 15. Vocalis ի inseritur, ut concursus consonantium evitetur in vocibus անզգամիչն pro անզգամչն — կատապարիչն pro կատապարչն *) — cf. supra pag. 64. Abjicitur eadem haud raro in flexione et compositione, idque imprimis, si vox seu syllaba hac vocali instructa a litera consonante incipit, et in unam seu plures consonantes exit. cf. դիր Gen. դրի — սիրտ Gen. սրտի, սրտամբեկն **) — միտք Gen. մտաց, մտածողք — հին Gen. հնոյ — լինելի Gen. լնելոյ — լինել Gen. լնելոյ — մարմին Gen. մարմնոյ, մարմնաւորին — երկիր Gen. երկրի, երկրպագութիւն — deinde vero etiam in vocibus nonnullis, quae ab eadem incipiunt, et in duas consonantes desinunt. cf. իղձ Gen. ըղձի — ինձ Gen. ընձու — ինչք Gen. ընչից — sed scribitur quoque e contrario ինչաքանութիւն — ինքն Gen. ինքեան, ինքնակալ — իմն Gen. իմիք, իմաստասիրութիւն — Tunc in casibus Ablativo et Narrativo Pronomi-

*) Videtur quidem eadem inserta esse in nominibus Ordinalibus հինգերորդ, վեցերորդ etc. (cf. չորրորդ, երրորդ); sed hae formae procul dubio ab obsoleta forma հինգիր seu հինգեր, վեցեր etc. (ut երեք, չորեք, quae passim reperiuntur) derivandae sunt.

**) Legitur tamen հիմն Gen. հիման. Pertinent vero huc quoque nomina in իւ exeuntia, ut թիւ Gen. թուոյ — անիւ Gen. անուոյ — պատիւ Gen. պատուոյ — in quibus ի non in ո mutatum est, sed ու pro ւ scriptum, ut distinguantur a nominibus in ի desinentibus, quale est հոգի, Gen. հոգւոյ.

nis Interrogativi ի՞ ipsa litera radicalis singulari modo abjicitur, ac scribitur առ 'ի մէ՞ pro առ յիմէ — զմէ՞ pro զիմէ. Denique quum vocalem ի eadem vocalis in mediis vocibus non sequatur, evitatur quoque nonnunquam hic concursus, ubi duae voces se invicem excipiunt, quarum prior in hanc vocalem exit, altera vero ab eadem sive alia vocali incipit, praesertim si prior Conjunctio seu alia vox monosyllaba est. Hinc scribitur մ՝ 'ի apud Faust. Byz. pag. 242. pro մի 'ի — ընդ՝ 'ի pro ընդ ի 'ի — վասն զ՝ իւր apud Agath. pro վասն զի իւր — սահմանս՝ն apud Faust. Byz. pag. 245. pro սահմանի մի ն.

Convertitur vocalis ի saepius in alias literas, idque 1, in literam consonantem յ, si Praefixum ի vocibus a vocali incipientibus praeponitur, e. g. յարբեայ — յեկեղեցւոյ — յեւթնեսն — յընդարձակութեան *) — յիմաստից — յորում — յուսմանէ — pro 'ի արբեայ etc. atque saepius etiam in vocibus, quarum litera initialis est ս vel շ sequente alia consonante, quippe quae et cum schevate praeposito (sive, quod idem est, cum litera ը) et sine eo pronunciari possunt, e. g. յստոյգ pro յըստոյգ seu 'ի ստոյգ — յշտեմարանս pro յըշտեմարանս seu 'ի շտեմարանս **). — denique etiam subinde in

*) Sed in his vocibus litera ը passim omittitur, ac scribitur յնթացս — յնստանեաց — յռնգացն pro յընթացս etc.

**) Notandum tamen in his vocibus, quae non minus vocalem ի tanquam Praefixum adsumere possunt, eam nonnunquam pro litera radicali esse habitam, atque hinc denuo

vocibus a litera ղ incipientibus ob primitivam ejus pronunciationem *) յ ponitur pro Praefixo 'ի. cf. յղել — յղանալութիւն — յղանալոյ pro 'ի ղել etc. Sed hanc ipsam ob caussam, quod 'ի Praefixum saepius in յ transit, in vocibus, quarum litera initialis est յ, haec saepius pro Praefixo habetur, atque hoc igitur omittitur. cf. յապատեսանս : յաւիտենից pro 'ի յապատեսանս, 'ի յաւիտենից — Յղիա pro 'ի Յղիա etc. et quum sec. pag. 31. serius litera յ ab initio vocum pronunciaretur հ, et secundum pag. 69. et 71. saepius cum litera հ commutetur, factum est, ut etiam յ praefixum hic illic in հ abiret, atque in vocibus literâ հ incipientibus itidem, licet rarius, omitteretur. cf. Հիմ pro յիմ — Հիւղեայն apud Ezn. p. 32. pro 'ի Հիւղեայն — Համդերձեալ-դատաստանաց աւուր pro 'ի Համդերձեալ etc. Denique in declinatione Nominum propriorum, quae in ա exeunt, ի plerumque mutatur in յ, si vocalem ա in flexione retinent. cf. Ներսապա Gen. Ներսապայ pro Ներսապաի — Գալիլեա Gen. Գալիլեայ pro Գալիլեաի seu Գալիլեաի — Ղուկաս Gen. Ղուկայ pro Ղուկաի **) — sed scribitur quoque promiscue Անանիայ et Անա-

---

Praefixum յ additum esse. Dicitur itaque 'ի սկզբան et յսկզբան seu յըսկզբան, atque etiam յիսկզբան. Sed sumere quoque licet, in voce յիսկզբան vocalem ի pro schevate ը scriptam esse.

*) cf. supra pag. 27, sq.

**) Nam litera ս terminationis graecae in flexione saepissime abjicitur.

նկարի *) a Nom. Նկարիչ. — Porro 2, vocalis ի transit in ւ in nominibus in hanc vocalem exeuntibus, quae in casibus obliquis vocalem ո adsumunt. cf. հոգի Gen. հոգւոյ — որդի Gen. որդւոյ — sed scribitur quoque 'ի խաչրեղէն **) — atque etiam abjectâ vocali ի legitur խաշրոյ, պղատոնոյ, a vocibus խաշրի, պղատոնի, etc. cf. supra pag. 54. — Deinde 3, mutatur in ե, idque a, in flexione nominum, quae in ի desinunt, et in casibus obliquis vocalem ա accipiunt, quacum vocalis ե in diphthongum abit. cf. տեղիք Gen. տեղեաց — տեղեօք Instr. տեղեաւ — b, in compositione, si nomen in ի exiens prius nominis compositi membrum efficit, atque etiam si vox monosyllaba eâdem vocali instructa, et in consonam desinens posteriori loco posita est. cf. ոսկեղէն — գինեհամ — բարեկամ etc. a vocibus ոսկի, գինի, բարի, etc. ***) ապաւէր pro ապաւիր — ապաւէզ pro ապաւիզ sive potius ապաւէզ, quod et ապաւէզ scribitur — c, alibi etiam in syllabis mediis ac prioribus. cf. երեկոյն (sec. §. 10, 4.) et երիկոյն — լեզու a լեզել — ամենայն pro ամենայն

*) cf. supra pag. 70. Hinc suspicari aliquis posset, in terminatione այ vocalem ի abjectam esse.

**) Excipienda quoque sunt nomina monosyllaba, et composita, quorum membrum posterius monosyllabum est. cf. ձի Gen. ձիոյ — տի Gen. տիոյ — միաձի Gen. միաձիոյ — սակաւատի Gen. սակաւատիոյ.

***) Sed animadvertimus, nonnunquam pro ե legi է. cf. բարէգործ — հողէխառն — ac semper ալէկոծ — in aliis vero vocibus compositis vocalem ի plane abjectam esse. cf. գինարբու — թշնամանէր a գինի, թշնամի.

— ումեւք pro ումիք — յիմեւքէ pro յիմիքէ *) — Denique 4, litera ի cum vocali longa է saepissime commutatur, et in eam toni causa transit cf. սէր Gen. սիրոյ — վրէժ Gen. վրիժու — քարեղէն Gen. քարեղինի — cf. quoque է՞ր Gen. Pronominis interrogativi ի՞ etc. **)

§. 15. Vocalis ո per aphaeresin abjicitur in vocibus մին pro ոմին — չ pro ոչ — ղորդ pro ողորդ et ղորկել etc. pro ողորկել etc. Mutatur eadem 1, in ա in voce ընդածին pro ընդոծին sive potius ընտոծին, composita ex ըն + տուն + ծին. ***)

---

*) Ex hac aliisque formis, ut գովել Gen. գովելոյ — իւրերաց etc. suspicari aliquis posset, ե brevius esse quam ի. Equidem vero contrarium dixerim, quum ե multo rarius abjiciatur quam ի, ac nunquam fere in syllaba ultima in ի convertatur. Nam in flexione Conjugationis passivae գովելոյ non a գովիլ sed a forma activa գովել, quae saepissime quoque pro ea legitur, derivandum est: գովիլ enim ex analogia vocum մարմին Gen. մարմնոյ flectendum esset գովլոյ, quod a tertia Conjugatione non diversum esset; յիմեւքէ vero ab inusitata Dativi forma յիմեւք (cf. յումեւքէ ab ումեւք) descendit, et իւրերաց, si quid video, non pro իւրիրաց scriptum est, sed ab obsoleta forma Nominativi Pluralis իւրեր a Pron. իւր originem ducit.

**) Sed notatu dignum videtur, Dativum hujus Pronominis iterum breviori vocali scribi ի՞մ, eâdem ratione, ut alterum Pron. int. ո՞ in Gen. habet ո՞յր, in Dativ. vero ու՞մ.

***) Scriptura ընդածին derivari quidem potest ex ըն + տան + ծին; sed quum nusquam scriptum reperiatur ընտածին, equidem arbitror exinde eam explicandam esse, quod origo vocis minus recte perspiceretur, ac derivaretur ab

2, in *ե* in voce *ոլոռն* Gen. *ոլեռան* ob primitivam puto literae *լ* pronunciationem, de qua vide supra pag. 28. Caeterum cf. Lat. *olus* Gen. *oleris*. — Seriori tempore praesertim in ultima vocum syllaba pro *ո* saepius scribebatur diphthongus *ու*, quae paullatim cf. supra pag. 40. sonum et figuram literae *օ* accepit; atque adeo ob pronunciationem ipsius inter *o* et *u* mediam *) cum vocali *ու* passim commutabatur. cf. *քող* et *քօղ* — *մորուք*; *մաւրուք* sive *մօրուք*, et *մուրուք* — *դրոր* et *դրուր* — imprimis vero in Part. Praes. e. g. *գործող* a *գործել* — *աղացող* ab *աղալ* — *թռչող* a *թռչուլ* pro *գործող*, *աղացող*, *թռչող*. Praeterea vero in flexione vocalis *ո* nunquam fere mutationibus obnoxia est, atque ubi convertitur, locum vocalis longae seu diphthongi, id quod saepissime fit, **) gerere videtur.

§. 16. Vocalis brevis *ու* (cf. pag. 38. sq.) hic illic in flexione sec. §. 10, 3. inseritur, ut concursus consonantium evitetur. cf. *մասունք* Nom. pl. pro *մասնք* a *մասն* — *աստուածունք* ab *աստուած* —

բերք + *ձեռն*. Sed hac ratione, licet significatio fere eadem existeret, non apparet, quomodo *ո* pro *ա* scribi potuerit.

*) cf. pag. 37.

**) vide paullo inferius pag. 88. Idem quoque dixerim cadere in Pron. int. *ո՞*, et quae inde derivantur Pronomina indefinita *ոք* et *ոմն*; scriptura enim *ո՞վ* (in qua litera *վ* ut in nominibus graecis cf. pag. 39. sq. vocalem longam esse indicat) quae non minus saepe occurrit, quam *ո՞*, atque diphthongus *ոյ* in casibus obliquis, jam satis innuunt, literam *ո* hic etiam pro vocali longa seu diphthongo scriptam esse.

փոքունք pro փոքրունք seu փոքրք — ուրուք pro ուրք — ուրուանն pro ուրանն. — Abjicitur eadem 1, nonnunquam in vocum initio. cf. ղեկրել pro ուղեկրել — atque etiam in flexione sec. §. 10, 1. e. g. ուղիղ Gen. ղղոյ — ունչք Gen. ընչից — ուրջիւ Gen. ըրջուի — saepius tamen retinetur. cf. ուխտ Gen. ուխտի — ուլն Gen. ուլան etc. 2, imprimis, *) si vox seu syllaba hâc vocali instructa a litera consonante incipit, et in unam seu plures consonantes exit. cf. բրուտ Gen. բրտի — խուլ Gen. խլի — օգուտ Gen. օգտի — խասուր Gen. խասրի — կտուկ Gen. կտոյ **). — 3, subinde etiam, si inter hanc vocalem et consonantem, quae sequitur, in flexione alia vocalis inseritur, aut si vocali ու in casu Ablativo Sing. nominum quorundam vocalis է additur. cf. տուն Gen. տան pro տուան — շուն Gen. շան pro շուան — բակուղ Gen. բակեղ pro բակուեղ — գանձ Gen. գանձու Abl. գանձէ — sed scribitur e contrario զօր Gen. զօրու Abl. զօրուէ — նախանձ Gen. նախանձու Abl. նախանձուէ — արտասուք Gen. արտասուաց — անտուն Gen. անտուան — atque Genit. Sing. nominis քոյր promiscue scribitur քուեր ***) cf. Mos. Chor. p. 195. ed. Ven., atque գետ. —

Transit vocalis ու in compositione nonnun-

---

*) Ex eadem lege, qua vocalis ի. cf. supra pag. 79.

**) In voce ուրուր Gen. ուրուրի, ut modo vidimus §. 15. vocalis ու pro ո posita est.

***) Gen. pl. քուերց apud Agath.

quam in *ո* cf. *երկու* et *երկոտասան*, *երկուքեան* — *չոքայ* sive potius *չոգայ* pro *չուգայ* — commutatur porro passim in mediis vocibus, si alia vocalis sequitur, *) cum *աւ* cf. *աղաւաշ* et *աղուաշ* — *առաւ-ւոյտ* et *առաուոյտ* — denique, idque saepissime, sec. §. 10, 2. vocalis *ու* in *ոյ* convertitur. cf. *գոյն* Gen. *գունոյ* — *կոյս* Gen. *կուսի* — *ողջոյն* Gen. *ողջունի* — *յոյս* et *յուսամ* — *լուծանեմ* Perf. *ելոյծ* — *ցուցանեմ* Perf. *եցոյց* — sed legitur quoque *ու* in syllaba tono insignita, e. g. III. pers. Praes. *առնու*, ac promiscue *պղտուկ* et *մանկիկ* — atque in Dat. Pron. int. fortasse ob literam labialem *ո՞ւմ*, sed in Gen. *ո՞յր* cf. supra pag. 83.

§. 17. Inter diphthongos primo loco nominanda est a) *այ*, de qua jam supra pag. 70. sq. et 76. dictum est. Hîc modo addamus, eam in voce *արեղուկ* pro *արեգայուկ* abjectam esse, ac subinde mutari in *է*. cf. *ագուգայք* et *ագուգէք* — sequente *ու* vero in *աւ* sive *օ* transire, ut in vocibus *հայր* Gen. *հաւր* sive *հօր* pro *հայուր* — *մայր* Gen. *մօր* etc. in vocibus denique in *ա* exeuntibus, hanc diphthongum sec. §. 10, 2. pro ea scribi, e. g. *վկայ* pro *վկա* — *ընծայ* pro *ընծա* — *Տիգրան* Gen. *Տիգրանայ* pro *Տիգրանա* **).

*) Ibi vero litera *ւ* consonantis potius partes agit.

**) Excipias modo Pronomina demonstr. *սա*, *դա*, *նա*, *սորա* etc. atque Imperativos Verborum *սիրեա՛*, *ասա՛* etc. Veruntámen in codd. msceptis tam Pronomina illa, quam hae Imperativi formae passim *այ* habent pro *ա*, atque Pronomina *այս*, *այդ*, *այն* diphthongum retinent.

b) Diphthongus աւ sive օ cf. supra pag. 40—42. per aphaeresin abjicitur in voce տար pro օտար — atque, ut modo vidimus, *) nonnunquam commutatur cum vocalibus ո et ու cf. ոճիր et օճիր — քողարկութիւն et քօղարկութիւն — գողոյն et գօղոյն ac similia — ուղերձ et օղերձ etc. — In voce արտասուր sive արտօսր, pl. արտասուք diphthongus աւ in ա convertitur.

c) Diphthongus եա, quae, si vocem claudit, in triphthongum եայ abit, saepius, idque imprimis in flexione, si vocalis ի seu ո, ոյ, additur, in vocalem է convertitur. cf. տուընջէն pro տուընջեան — Հիւղէ et Հիւղեայ, atque etiam Հիւղոյ — այծեաւք Gen. այծեայց et այծէից — գանկեաց et գանկէից — անդեայ Gen. sing. անդէոյ, Gen. pl. անդէոց. In codicibus serioribus էայ pro եայ plerumque scribitur, e. g. Հրէայ pro Հրեայ. — In flexione diphthongus եա sec. §. 10, 1., si vox in fine crescit, in ե mutatur. cf. արիւն Gen. արեան Abl. յարենէ — չարութիւն Gen. չարութեան Abl. 'ի չարութենէ **).

d) Triphthongus եաւ saepius cum diphthongo եւ seu իւ commutatur; scribitur enim եաւթն, seu եօթն et եւթն sive իւթն. cf. quoque Instr. Pron. poss. III. pers. իւրեաւ et իւրև — գեաւղ seu գեօղ, et գիւղ seu գեւղ.

---

*) cf. pag. 84.

**) Sed in nonnullis vocibus diphthongus եա retinetur, e. g. անկիւն Gen. անկեան Abl. յանկեանէ — ձիւն Gen. ձեան Abl. 'ի ձեանէ.

e) Diphthongus եւ seu իւ, *) si in flexione inter eam et consonantem, quae sequitur, ե intercedit, abjicitur; sin vero ա inseritur, **) in diphthongum եա abit. cf. աղբիւր seu աղբեւր Gen. աղբեր — գիւղ seu գեւղ Gen. գիւղ seu գեղջ — բարութիւն Gen. բարութեան — at ubi in fine post consonantem syllaba additur, nulli mutationi subjecta est. cf. Հարիւր seu Հարեւր Gen. Հարիւրոյ atque itidem Հարիւրապետս. Apud Faust. Byz. loco hujus diphthongi passim ոյ scribitur, e. g. տեսանոյր pro տեսանիւր; — երկերոյր pag. 105. ed. Ven. pro երկերիւր. —

f) Diphthongus ոյ cum vocali ո, atque adeo cum ու saepius commutatur. cf. դրգոյն et դրգուն — առոյգ et առոգ, — առուգութիւն et առոյգութիւն — atque in voce քոյր, in Nom. et Accus. plur. ubi litera consonans in fine additur, ոյ convertitur in ո, ac scribitur քորք, քորս.

---

*) cf. supra pag. 42. et nota *).
**) cf. supra pag. 55.

LIBER II.

DE PARTIBUS ORATIONIS.

Priusquam ad ipsas orationis partes earumque flexionem pergamus, pauca hîc de *linguae radicibus* videntur esse praemonenda. Hae enim sunt primitiva vocum elementa, a quibus tam verba et nomina, quam pronomina et particulae originem ducunt. In lingua armeniaca, ut in aliis linguis cum sanscrita cognatis, duae earum classes constituendae sunt, quarum altera nominum et verborum, altera vero pronominum et particularum, quae dicuntur, originem atque elementa in se continet. Multa quidem nomina in primo casu, ac singulae quoque verborum formae literis tantum radicalibus constant, e. g. գործ, գին, լուր, խրատ, հան, ած, առ, թող, եղծ; sed, quum jam certam quandam orationis partem indicent, pro ipsis radicibus haberi non possunt. Alibi vero eaedem formae vocalis certe radicalis mutationem subierunt, quemadmodum սէր, գոյն, կոյս, լոյծ, էջ, atque jam hanc ob causam a vera radice diversae sunt.

In armeniaca etiam lingua radices monosyllabae sunt, atque praeter eas, quibus pronomina constant, *verbales* quoque, uti alteram radicum partem cum Grammaticis aliarum linguarum nuncupare placet, solâ vocali constare possunt, cujus rei unicum certe exemplum habemus in radice ե, unde verbum եւ et nomen է immediate (sit venia verbo) descendunt; deinde

vero huic vocali ab initio et a fine literae consonantes addi possunt, ita ut eadem, quae in aliis linguis, radicum multitudo hinc prodire possit, ac vere prodeat. cf. տի, էր, գիր, ախտ, բաղդ, դրախտ, դպիր, գրել, բժիշկ etc. Veruntamen et haec libertas quodammodo restringitur, quum vix ulla radix a literis ռ, ր, ւ incipiat*), atque consonantem aliquam eadem litera sine vocali interposita haud facile sequatur. Praeterea vero literae liquidae ղ, մ, ն, ր in fine radicum non aliam consonantem sequuntur, atque consonae ւ, ղ, ռ, ր ab initio aliam non praecedunt.

CAPUT I.

DE NOMINE.

In nomine tria consideranda veniunt, Genus, Numerus, et Casus, de quibus nunc deinceps agamus.

§. 1. *Genus* apud Armenios non solet distingui; atque, ubi orationis nexus distinctionem postulat, nomini praeponitur vox, quae sive masculinum, sive femininum genus indicat, e. g. de hominibus: այր մարդ **) i. e. *vir*, մանուկ տղայ i. e. *puer*, կին մարդ †) seu էգ մարդ i. e. *femina* — աղջիկ տղայ i. e. *puella* — de animalibus: արու seu որձ ††) ձի i. e. *equus* — էգ seu մատակ sive քած ձի i. e. *equa*.

*) Vide supra pag. 56 et 64.

**) proprie *vir homo*, seu *homo virilis*.

†) cf. կին մարգարէ i. e. *prophetissa*. Iud. 4, 4.

††) Haec vox rarius quoque de hominibus dicitur.

Attamen non plane caret lingua Armeniorum terminationibus, quibus Feminina a Masculinis discernuntur. Nomina enim propria ex aliis linguis depromta primitivam terminationem in nominativo certe casu plerumque retinent, unde nomina graeca et latina in աս, էս, ոս, desinentia masculini, nomina vero in ա, է, exeuntia feminini sunt generis. cf. Ղուկաս, Յովհաննէս, Յուստինիանոս i. e. *Lucas*, *Johannes*, *Justinianus*, et Յովհաննա, Հեղինէ i. e. *Johanna*, *Helena* seu Ἑλένη. Sed, quum in casibus obliquis Masculina saepissime literam ս terminationis abjiciant, et ad normam Femininorum flectantur, cf. Ղուկաս Gen. Ղուկասու et Ղուկայ — Յակոբ Gen. Յակոբու et Յակոբայ — Կադմոս Gen. Կադմեայ *) — hoc discrimen non amplius observatur; atque, quoniam masculina nomina hebraciae originis haud pauca in ա et է exeunt, e. g. Անանիա, Եղիսէ seu Եղիշէ — haec terminatio generi feminino propria dici minime potest.

In nominibus propriis armeniacis genus femininum haud raro exprimitur per voces adnexas դուխտ vel անոյշ, quarum altera *filiam*, altera vero femineam indolem, *suavitatem* nempe denotat. cf. Տիգրանադուխտ, Խոսրովիդուխտ, Վարդանոյշ, **) Սահականոյշ. — Sed ne hanc qui-

*) cf. pag. 77. nota **).

**) Hoc nomen, procul dubio, quoniam origo vocis haud recte perspiciebatur, ac videbatur descendere a nomine Վարդան, subinde scribitur Վարդդոյշ a Masc. Վարդ; sed

dem rationem genus distinguendi armeniacam dixerim, quum originem persicam nimis redoleat. Respondet enim nomen դուխտ, quod praeter hanc compositionem non legitur, persico دخت sive دختر, atque nomen անոյշ, quod extra compositionem nonnisi mulieri Astyagis inditum est, persico انو شه.

Denique tanquam verae terminationes femininae a Grammaticis afferuntur ոց, ենի, *) et ուհի. Ex his terminationes ոց et ենի, quantum equidem scio, nonnisi nomini Վարդ additae leguntur, Վարդենի — Վարդոց — atque per se vix genus femininum, sed fortasse nil nisi derivationem indicant **). Sola igitur remanet terminatio vere feminina apud Armenios ուհի ***), quae haud raro usurpatur, atque non modo nominibus propriis, verum etiam appellativis, atque adeo adjectivis adnectitur. cf. Տիգրանուհի, Վարդուհի, աստուածուհի, մարգարէուհի, Թագուհի, Երանուհի, սրբուհի.

§. 2. *Numeri* in lingua armeniaca sunt duo:

---

a nomine Վարդ Fem. formatur Վարդանոյշ, a Վարդան vero Վարդանանոյշ. Atque ita quoque in Grammat. Dionys. §. 13. pag. 30. յուշ (legendum fortasse ոյշ) pro terminatione feminina falso, ut puto, habetur.

*) In Grammat. Dionys. l. l. նի pro ենի legitur.

**) Nisi forte accipiamus, ոց pro ոյշ, atque ենի pro graeco ινη positum esse.

***) cf. graec. ωϊ - ος, α, ον, sive term. fem. η cum ի in terminationibus ենի, ուհի.

Singularis et Pluralis. In Grammatica quidem Dionys. p. 34. Dualis quoque Armeniis vindicatur, atque in Nomine, Pronomine, et Verbo flexio ejus profertur; sed, quum formae illae nusquam legantur, videntur potius, pariter atque alia, quae in hac Grammatica occurrunt, ob nimium patriae linguaeque paternae amorem ab interprete fictae esse, ut suam linguam graecae nullâ in re posthabendam esse demonstret. Veruntamen unum certe numeri dualis exemplum apud Armenios, uti apud Romanos, reperitur, idque in nomine numerali երկու, երկոքեան, երկոքին, ut in lat. *ambo*, *duo*, latet *); sed flexio ejus in utraque lingua a flexione numeri pluralis non differt.

Pluralis numerus a Singulari vario modo formatur, atque haud paucae ejus terminationes a Grammaticis afferuntur, quas nunc deinceps recensere in animo est.

Terminatio տի seu ոտի, si quid video, falso huc refertur. Vox enim մանկտի i. e. *infantes, pueri*, videtur proprie nomen abstractum esse, idque compositum ex մանուկ + տի i. e. infantium seu puerorum aetas; alteram vocem ոսկերոտի derivandam censeo ab ոսկր + տի pro դի, atque significare igitur proprie *cadaver exsiccatum, sceletum;* in tertia denique voce, quae praeterea

*) Hinc ille Dionysii interpres numerum dualem Nominum, Pronominum et Verborum per vocalem ու seu ո non sine omni jure formandum esse censet.

huc trahitur, ճակոյք a ճակ significationem adjectivam in substantivam translatam esse arbitror.

Terminationes եան, եար, եր, ան, unius ejusdemque videntur esse originis, et tataricam indolem prae se ferre. Primitivam earum formam puto esse ներ *), ut in lingua turcica, sed litera ն mox abjiciebatur, unde forma եր enata est, quae in vocibus բաներ, օրեր, թղթեր, նեարդեր a forma singulari բան, օր, թուղթ, նեարդ, aliisque hîc illic obviis legitur; deinde syllaba եր toni causa **) transiit in եար in vocibus իշեար, վարժեար ab էշ, վարժ; tum litera ր †) in ն mutata est, atque pro եար scriptum եան, cf. գրեան, խողեան, թղթեան a գիր, խող, թուղթ; denique secundum regulam supra pag. 75. §. 10, 4. traditam pro եան legitur ան in voce խուժան a խուժ. — Terminationes կան et անի ††) adjectivae proprie sunt, atque sensu abstracto sumtae numeri pluralis notionem induunt. cf. բազմական, զօրական, փախստական, ազատանի, աւագանի, կանանի.

Omnes hae terminationes numeri pluralis occurrunt quidem hîc illic in libris optimis omnium temporum, sed rarius tamen, atque pro obsoletis habendae sunt. Nam ex regula fere constanti

*) Notari debet, hanc formam, quam pro antiquissima habeo, recenti tempore in vulgari dialecto esse usitatissimam.

**) Vide supra pag. 77. sq.

†) cf. supra pag. 65.

††) Haec terminatio a forma plurali ան additâ terminatione adjectiva ortum ducere videtur.

Pluralis a Singulari formatur additâ literâ ք, quâ indefinitum aliquid significari videtur, quum eadem litera ex Pronomine interrogativo Pronomen indefinitum efficiat. cf. ի՞, ո՞ et իք, ոք. Haec litera proprie nullâ vocali interjectâ formae casus nominativi Sing. additur, ut in vocibus բանք, գործք a բան, գործ etc. mutatâ subinde vocali, ut in nominibus արմէք, անդէք sec. p. 87. pro արմեայք, անդեայք; sed ut concursus consonantium evitetur, saepius vocalis antea inseritur, imprimis eadem, quae in casibus obliquis usurpatur. cf. դրուատ Gen. դրուատի Plur. դրուատիք — պարտ, Plur. պարտիք — կեղծ pl. կեղծիք — բեռն Gen, բեռին Plur. բեռինք — սերմն Gen. սերման Plur. սերմանք *) atque etiam alia, ut in vocibus հիմն Gen. հիման Plur. հիմունք **) — մատն Gen. մատին Plur. մատունք. — Saepius quoque, ubi insertio literae vocalis minus necessaria est, alia forma, aliave flexio numeri singularis subest. cf. կին Gen. կնոջ sed Instr. կնաւ et կանամբ Plur. կանայք ***) — աղախին Gen. աղախնոյ Instr. աղախնով et աղախնաւ Plur. աղախնայք — cf. quoque մեղանք et մեղք a մեղն et մեղ — ճրագունք a ճրագն — բարք et բարոյք, բաշխք et բաշխոյք a բար et բարոյ, բաշխ et բաշխոյ — արուարձանեայք, այգեստանեայք

*) Forma pluralis սերմանիք sive pro սերմանք scripta est, sive a singulari սերմանի descendit.

**) Sec. regulam supra pag. 74. §. 10, 3. traditam.

***) cf. supra pag. 60.

non a Sing. արուարձան, այգեստան, sed a forma արուարձանի Gen. արուարձանեայ. Itaque in terminationibus այք, եայք, էք, իք, ունք, անք, ոյք, quae a Grammaticis afferuntur, nonnisi litera ք terminatio pluralis est. Eadem in quibusdem vocibus, in Pronominibus demonstr. etc. non in fine ponitur, sed ante literas finales inseritur; atque igitur in his quoque formis non syllabae քա, քեան, քին, sed sola litera ք numerum pluralem indicat. cf. նոքա, նոքին, այնոքիկ, ամենեքեան et ամենեքին, բոլորեքեան et բոլորեքին, երկոքեան et երկոքին etc. Hinc factum est, ut formae ejusmodi pro pluralibus non haberentur, atque denuo in fine terminatione ք augerentur. cf. ամենեքումբք, նոքիմբք et նոքումբք. Idem vero et alibi locum habet, ubi terminatione եր, cujus loco ob literam liquidam seu potius ob vocalem praecedentem etiam որ, օր, ponitur, non recte perspectâ eadem litera ք, interjectâ vocali է seu այ sive եայ, in fine adnectitur. Ita ortae sunt terminationes երայք, որայք, որեայք, օրէք, quae leguntur in vocibus վաներայք et վանորայք, արտորեայք, գիւղօրէք. Forma denique կնեար, quae in vocibus քաղաքկնեար, բարձկնեար reperitur, sive eâdem ratione ordine tantum inverso e duplici terminatione plurali կ pro ք et նեար, sive e forma nominum deminutivorum իկ — քաղաքիկ, բարձիկ — enata est.

Ita apparet, literam ք apud Armenios, ut in

linguis hungarica et lapponica*) propriam atque regularem numeri pluralis terminationem esse. Legitur eadem non tantum in casu nominativo, verum etiam in instrumentali, ac saepius quoque in accusativo; unde elucet, eam non certi cujusdam casus, Nominativi puta, sed numeri pluralis literam esse characteristicam. Reliquae vero terminationes casuum in numero plurali, g nempe et u, non numerum sed casum indicant; et si in terminatione u numeri notio inest, ea ex mutatione literae ք in u explicanda erit.

§. 3. Quot *casus* lingua Armeniorum agnoscat, jam dudum inter viros Grammaticos disputatum est. In Grammat. Dionys. p. 34. enumerantur sex, nempe Nominativus, Genitivus, Dativus, Instrumentalis, Accusativus et Vocativus; alii, ut Rivola, omisso Vocativo, quinque casus statuunt; Oscan vero Ablativum et Locativum cum Vocativo admittens octo sumit; Galanus denique, Simon Dschulâ oriundus, Schroeder, Tschamtschean, aliique, his praeterea Narrativum quoque et Circumlativum addentes, decem esse dicunt. Sed omnium optime hâc de re disputavit vir eruditissimus ac sagacissimus Avetikhean **) in utraque Grammatica, majori pag. 5. et 249. sqq.,

*) cf. Mithridates von Adelung und Vater. tom. II. p. 773. et 743.

**) Hunc secuti sunt Cirbied in Grammatica sua gallice scripta, et Paschalis Aucher in utraque editione Grammaticae suae anglice editae Ven. 819. et 832. 8.

minori pag. 64. sqq., atque omni jure linguae armeniacae sex casus vindicavit, Nominativum, Genitivum, Dativum, Accusativum, Ablativum et Instrumentalem. Singularem enim Vocativi formam Armenii non habent, atque, si quando in nominibus propriis nonnullis a Nominativi forma deflectit, cf. Փիլիպպէ, Օգոստէ, Գրիգորիէ — ea graecae seu latinae, non armeniacae originis est; Narrativus vero et Circumlativus, qui dicuntur, ab Ablativi et Instrumentalis formis non differunt, iisque tantum Praefixum զ addunt. At, licet Dativus et Ablativus in numero plurali fere nunquam, in singulari rarius a Genitivi forma discrepent, et Accusativus in Plurali tantum plerumque a Nominativi forma abeat, ita ut in Singulari saepius tres tantum, in Plurali fere nunquam ultra quatuor formas diversas reperiamus: tamen, quum nonnunquam Dativus, Accusativus et Ablativus formas a reliquis casibus diversas habeant, hi quoque in casuum numerum jure referuntur.

DE FORMATIONE CASUUM.

Nomina apud Armenios duplici ratione flectuntur, ita nempe, ut in casibus obliquis syllaba flexionis in fine addatur, cf. մարտ Gen. մարտի — բանակ Gen. բանակի — աթոռ Gen. աթոռոյ — զօր Gen. զօրու — ծիրանի Gen. ծիրանւոյ — Ենակ Gen. Ենակայ — atque ita, ut in flexione vocalis ante ultimam vocis consonantem inseratur. cf. աւր Gen. աւուր — մայր Gen. մօր pro մայուր —

Թոռն Gen. Թոռին — եղջիւր seu եղջեւր Gen. եղջեր — կայսր Gen. կայսեր — անգղ Gen. անգեղ — ակն Gen.ական. Altera haec ratio in iis tantum nominibus observatur, quae in literam liquidam ղ, ն, ր; praecedente alia consonante, seu diphthongo իւ, եւ; sive etiam, in quibusdam certe vocibus, praecedente աւ seu ու, exeunt. Putabam quidem antea, hanc nominum flexionem primitivam fuisse in lingua armeniaca, atque serius, ubi desint, literas liquidas in fine esse abjectas, quod quidem in multis nominibus locum habet; sed, quum in plerisque, quae priori ratione flectuntur, ne vestigium quidem alterius flexionis observari possit, aliam nunc foveo sententiam, ex qua flexio per insertionem vocalis primitus nominibus in ն exeuntibus propria fuit, atque iis quidem, in quibus haec litera non ad stirpem seu radicem pertinet, sed addita est, Articuli quasi, quum e Pronomine demonstrativo նա ortum ducat, vicem gerens. Ita igitur his quoque nominibus eadem flexio, quae reliquis, ab initio suberat, quum vocales flexionis non in medias stirpes insererentur, sed in earum fine adnecterentur. Transiit deinde eadem flectendi ratio ad nomina abstracta in literas մն *) exeuntia, atque, quum մ sec. pag. 57

*) His literis pariter atque literae ք notio indefiniti, universitatis, et abstracti inesse videtur, quapropter eâdem ratione e Pronominibus int. ո — ի Pronomina indefinita ոմն — իմն formantur; atque nomina abstracta, quae ex additione literarum մն oriuntur, respondent quodammodo numero plu-

13*

saepius in ւ converteretur, ad nomina in աւն seu օն, ուն et իւն desinentia, quorum ւ pro մ positum erat *). Denique eandem analogiam lingua secuta est in nominibus in ղ seu ր exeuntibus, ubi eas litera consonans, seu diphthongus իւ, եւ, sive աւ, օ, in nomine աւր, օր, seu denique այ vel ոյ in nominibus, quae consanguinitatem indicant, ut հայր, քոյր, praecedit.

Singularis.

a) *Nominativus* plerumque omnis characteris expers solis literis radicalibus atque iis, quae ad formam nominis derivati pertinent, constat. cf. բան, է, իմ, սիրտ, ուխտ, բանաւոր, էական, ուխտապահ etc. vocali tamen sec. regulam supra pag. 74. §. 10, 2. traditam mutatâ, ut in vocibus լեարդ pro լերդ — սէր pro սիր — կոյս pro կուս; atque in iis nominibus, in quibus vocalis seu syllaba flexionis ante ultimam consonantem inseritur, formam debilem seu breviorem prae se fert. cf. ոսկր Gen. ոսկեր — թիկն Gen. թիկան — գառն Gen. գառին — atque adeo in quibusdam vocibus literam ն abjicit. cf. գալուստ pro գալուստն seu գալստիւն — տեսիլ pro տեսիլն seu տեսլիւն etc.

b) *Accusativi* forma, ut jam diximus, a forma

---

rali, quem litera ք addita indicat, ita ut saepius solo numero plurali notio abstracti innuatur. cf. տիք — փառք etc.

*) Sed huc trahebantur quoque nomina, quorum ւ radicale est. e. c. շուն, տուն, aliaque.

Nominativi in singulari numero non diversa est, atque a Nominativo non discernitur, nisi per Praefixum զ, quod praeter Pronomina indefinita, quibus semper additur, nonnisi nominibus definitis praefigitur, atque ita particulae hebraicae את usu apprime respondet.

c) *Genitivi* character primitus videtur fuisse litera ր; quod ne mirum videatur, moneo vestigia ejus passim inveniri, eaque 1, in Pronominibus interrogat. et indefinitis ի՞, ո՞, իք, ոք, ոմն, quae in Genitivo scribuntur ե՞ր, ո՞յր, իրիք, ուրուք, ուրումն. — 2, in Pronomine personali III. pers. ի *) Gen. իւր. — 3, in Pronominibus demonstrativis սա, դա, նա, այս, սոյն etc. Gen. սորա, դորա, նորա, այսր, սորին etc. 4, in forma nominum adjectivorum in ր praecedente alia litera consonante exeuntium. cf. ծանր, մանր etc **). 5, in forma Genitivi եղյր, quae in David. Philos. versione Isagoges Porphyrii pag. 227. ed. Ven. legitur. — Si de origine hujus literae quaerimus, eam vario modo explicare licet; et primum quidem ita, ut ex Pronomine relativo որ eam ortam esse dica-

*) Haec forma nusquam obvia e Genitivo tantum cognoscitur.

**) Adjectiva enim apud Armenios, ut infra lib. III. videbimus, magnam partem e forma Genitivi nominum substantivorum formantur, atque eam saepius sine omni additamento reddunt. cf. պէտ Adj. պիտոյ — մեղր a Subst. մեղ — քաղցր a Subst. քաղց.

mus *). Sed hoc ipsum, quum nil nisi Adjectivum Pronominis interrogativi sit, ex Genitivo ejusdem ո՞յր originem ducit. Deinde, quoniam in Pronominibus demonstr. սա, դա, նա, Genitivus սորա, դորա, նորա, sonat, formam րա pro pleniore hujus casus forma habere aliquis posset, et sumere enatam esse ex persica را. Sed forma armeniaca procul dubio antiquior est, atque in Pronominibus illis litera ա ad stirpem Pronominis, non ad characterem Genitivi pertinet. Equidem potius censeo, literam ր ejusdem originis esse atque persicum را, ac repetendam e litera Genitivi characteristica *s*, quae in lingua sanscrita reperitur **).

Attamen haec litera primum, ut concursus consonantium evitetur, in iis nominibus, in quibus syllaba flexionis ante ultimam consonantem inseritur, atque deinde etiam in reliquis omittebatur, ita ut tantummodo vocales flexionis auxiliares remanerent. Hae vero in variis nominibus variae esse possunt; atque invenimus quidem in nominibus in ղ praecedente alia consonante desinentibus vocalem ե, utpote eam, quae schevati ը proxima est. cf. արկղ Gen. արկեղ. Eadem quoque in ejusmodi nominibus imprimis substantivis in ր exeuntibus locum habet. cf. դուստր Gen.

*) Quemadmodum in lingua sinica particula *tchî* (*tschî*) tam Genitivi quam Pronominis relativi nota est. cf. Abel-Remusat, Elemens de la Grammaire Chinoise. pag. 79. sq.

**) cf. Bopp, vergl. Grammat. P. 1. p. 217. sqq.

դստեր. — atque in iis, quae diphthongum իւ seu եւ literae ր praemissam habent, quemadmodum աղբիւր seu աղբեւր Gen. աղբեր — denique, quum իւ passim in ոյ abeat *), etiam in nomine քոյր Gen. քուեր, քըւեր, քեռ. Sed contra, in nominibus adjectivis, et in nominibus consanguinitatem exprimentibus, in quibus diphthongus այ literam ր praecedit, atque etiam in nomine աւր sive օր, vocalis ու, quam literae liquidae **) prae caeteris amant, inseritur. cf. ծանր Gen. ծանու pro ծանուր †) Հայր Gen. Հօր sive Հաւր pro Հայուր — աւր seu օր Gen. աւուր.

Nomina in ն praecedente alia consonante exeuntia solam vocalem ե in flexione non agnoscunt, fortasse quoniam syllaba են facile cum eadem terminatione verbali confundi posset. ††) Hinc videtur ա additum esse, et pro են positum եան, cf. փախուստ pro փախուստն Gen. փախստեան. Sed equidem contendere malim, in diphthongo եա non ե esse vocalem flexionis, sed ա. Haec enim in plerisque nominibus ejusmodi in ն exeuntibus locum habet. cf. ատամն Gen. ատաման —

*) cf. supra pag. 88.

**) cf. supra pag. 74. §. 10, 3.

†) Nam in his nomm. adjectivis litera ր semper abjicitur, sive etiam, ut in voce Թանձր Gen. Թանձու et Թանձրու flexionis vocali praemittitur.

††) Sed tamen a terminatione ին, quae a passiva terminatione verborum ին non differt, nomina ejusmodi, ut modo videbimus, non abhorrent.

կայծակն Gen. կայծական *), atque imprimis in nominibus abstractis, quae in իւն desinunt. Horum enim terminatio եան, ut supra pag. 55. demonstravimus, ex իւան enata, atque vocalis ե pro ի scripta est. Atque ita puto, illis nominibus, quae itidem abstracta sunt, terminationem quoque nominum abstractorum իւն **) primitivam fuisse, ac seriori demum tempore abjectam. Ita փախուստ, տեսիլ non pro փախուստն, տեսիլն, sed pro փախստիւն, տեսլիւն dictum erit. — Alia nomina haud pauca ejusdem classis vocalem ի tanquam vocalem flexionis adsumunt, quemadmodum ոտն Gen. ոտին — sed, an terminatio Genitivi ուն in ejusmodi nominibus unquam exstiterit, quaeri potest †).

Nomina denique, quae vocalem flexionis in fine addunt, in Genitivo terminationes adsciscunt այ, ի, ոյ, ու ††). Sed animadvertendum est, flexionem այ nominibus propriis fere propriam esse, licet ex his satis multa etiam alio modo flectantur, atque vice versa nomina quoque appellativa

---

*) Sed in quibusdam nominibus bisyllabis in կ desinentibus, veluti աղջիկ Gen. աղջկան — litera ն in casu nominativo omittitur.

**) cf. supra pag. 99 sq.

†) Vide supra pag. 95. ubi de numero Plur. disseruimus.

††) Vocalis ե tanquam brevis, et է tanquam terminatio casus Ablativi hic stare non possunt, vocales vero ա et ո in fine vocum cf. supra pag. 71. in diphthongos այ, ոյ abeunt.

haud pauca primitus eandem flexionem admisisse e terminatione casuum Instr. Sing. atque Gen. et Instr. Plur. clare eluceat. cf. Սահակ Gen. Սահակայ — Անդրոնիկոս Gen. Անդրոնիկեայ — Արկադէոս Gen. Արկադեայ — Աթանագինէս Gen. Աթանագինեայ — Գայիանէ Gen. Գայիանեայ — Գորգի seu Գորգիոս Gen. Գորգեայ etc. porro Ագաթանգեղոս Gen. Ագաթանգեղոսի — Արտաշէս Gen. Արտաշիսի — Հեթում Gen. Հեթմոյ — Յովհաննէս Gen. Յովհաննու — atque խաւար Gen. խաւարի Instr. խաւարաւ Gen. Pl. խաւարաց — կղզի Gen. կղզւոյ Instr. կղզեաւ Gen. Pl. կղզեաց. In terminatione Genitivi եայ vocalis ե non addita, sed e permutatione vocalium է (ե) seu ի *) exorta est. — Praeterea observavimus, nomina in ա seu այ exeuntia in Genitivo vocalem ի adsumere**), quae in nominibus prioris generis sec. pag. 81. in այ transeat; ita ut flexio nominum մկայ Gen. մկայի et Սափիրա Gen. Սափիրայ, quae pro diversa habetur, proprie eadem sit. Huc quoque pertinent nomina in եայ desinentia †), quae diphthongus sive triphthongus sec. pag. 87. in է convertitur. cf. Հրեայ Gen. Հրէի. Eâdem ratione flectuntur nomina, quae in ոյ et ու exeunt, cf. դշխոյ Gen. դշխոյի ††) — Լեզու Gen. Լեզուի. — Nomina

*) cf. supra pagg. 77 et 82.

**) Sed invenitur quoque ոյ in Pron. Նորայ Gen. Նորայոյ.

†) Sed excipiendum est nomen անդեայ Gen. անդէոյ.

††) Reperitur tamen խայ Gen. խայի et խայոյ.

vero, quae syllaba իւ claudit, in Genitivo plerumque ոյ admittunt, atque in flexione իւ sec. pag. 79. not. **) mutant in ու. Denique nomina in ի desinentia in Genitivo terminationem ոյ adsumunt, atque in nominibus plurium syllabarum vocalem ի sec. pag. 82. sive abjiciunt, seu in ւ convertunt. cf. լի Gen. լիոյ — որդի Gen. որդոյ et որդւոյ. Reliqua nomina, quae in literas consonantes desinunt, certam quandam legem in flexione non videntur tueri; atque illud modo observavimus, nomina in literam labialem seu ր exeuntia syllabam flexionis ոյ sive ու, nomina vero, quae litera gutturalis seu dentalis claudat, vocalem ի in flexione saepissime admittere.

4) *Dativi* terminationem primitivam habeo literam մ, quae in Pronominibus interrog., indef., ac demonstrativis, atque saepissime etiam in aliis vocibus, quae in Genitivo ոյ adsumunt, reperitur. cf. ո՞ Dat ո՞ւմ — ի՞ Dat. ի՞մ — ոք Dat. ումեք — իք Dat. իմիք — ոմն Dat. ումեմն — սա Dat. սմա — սոյն Dat. սմին — այս Dat. այսմ — սորայ Dat. սորայում — մարդ Dat. մարդում. Originem hujus flexionis repetendam censeo sive e terminatione sanscrita *âm* *), sive e Praefixo ըն i. e. *in*, quod praeter compositionem, quantum equidem scio, tantummodo apud Davidem Philosophum legitur, in compositione vero et alibi haud raro occurrit. cf. ընկղմել, ըմբռնել, ըմպել. — Sed,

*) cf. Bopp. vergl. Grammatik P. 1. p. 231.

utut eam explicemus, videmus primitus fuisse characterem casus Locativi, qui deinde, ut in lingua latina *) in Dativum transierit. — Exstat vero alia quoque terminatio Dativo propria in Pronominibus pers. ես, դու, quorum alterum in Dativo ինձ, alterum քեզ sonat. Utramque formam ex addita litera դ **) explico, quae tanquam nota Dativi, sive Praefixum, *dirigi* seu *tendere aliquid aliquo* significans, atque hebraico ל respondens, in libris saepe invenitur. In nominibus quibusdam litera ղ tanquam terminatio Dativi subinde reperitur, quam itidem ex litera դ oriundam dixerim. cf. եկեղեցի Dat. եկեղեցւոյ ***) — գիւղ Dat. գեղջ.

Veruntamen hae literae, tam ն, quam դ, sive eae, quas ex hac litera ortas arbitror, plerumque omittuntur, ita ut nil nisi vocalis flexionis remaneat. Haec vero a vocali, quae in Genitivo cernitur, nusquam differt, atque ita in plerisque nominibus Dativus cum Genitivo prorsus congruit. cf. բանի Gen. et Dat. բանի — քաղաք Gen. et Dat. քաղաքի — գետ Gen. et Dat. գետոյ — գործ Gen. et Dat. գործոյ — պտուղ Gen. et Dat. պտղոյ — նեղութիւն Gen. et Dat. նեղութեան — խաչ Gen. et Dat. խաչի — զգեստ Gen. et Dat.

*) cf. Bopp. l. l. p. 230 sq.

**) cf. supra pag. 63.

***) Antea putabam literam ղ ex indurata (sit venia verbo) litera յ explicandam esse. cf. Gr. ἱεραρχία cum Ital. *Gerarchia*.

զգեստու — տարր Gen. et Dat. տարեր — Տրդատ Gen. et Dat. Տրդատայ, etc.

Dativus Praefixi qui dicitur, omni flexione carens ratione semitica casum modo per Praefixa 'ի seu յ *), aut ց **) indicat, atque Accusativus potius dicendus erit. *Locativus* vero sive a Dativo Praefixi non differt ***) sive Praefixum 'ի seu յ nomini in forma Dativi posito addit. Notandum tamen, in nominibus, in quibus neque Dativus neque Ablativus singularem formam habent, priorem rationem Locativum exprimendi, ne cum Ablativo confundatur, semper praeferri, in aliis vero nominibus utramque promiscue adhiberi. Ita dicitur սէր Dat. սիրոյ Loc. 'ի սէր — sed կարգ Dat. կարգի Loc. 'ի կարգի, et 'ի կարգ — տեղի Dat. տեղւոյ et տեղւոջ Loc. 'ի տեղի et 'ի տեղւոջ — մարդ Dat. մարդոյ et մարդում Loc. 'ի մարդ et 'ի մարդում.

e) *Ablativi* character in plerisque vocibus est է; sed tamen forma ejus antiquior videtur esse էն, quae in Pronominibus pers. in formis ինէն, քէն, subest, atque per metathesin literae ն in Pronominum demonstr. formis նմանէ, այնմանէ reperitur. Hanc terminationem sive e Praefixo ըն, sive e Praepositione ընդ exortam dixerim;

---

*) cf. supra pag. 80.

**) Hoc tantum nominibus personam indicantibus praemittitur.

***) At praefixum ց, quum nonnisi apud personas locum habeat, nunquam admittit.

vocali ի toni causa mutatâ in է. Ea vero, licet in formis Pronominum pers. ինէն et քէն e Genitivi forma prodeat, plerumque tamen formae Dativi additur. Cernitur hoc e formis antiquioribus ինձէն et քեզէն, quae adhuc, licet sensu modo adverbiali, reperiuntur; porro e formis aliorum Pronominum: նմանէ a Dat. նմա — այնմանէ a Dat. այնմ — ումէ *) a Dat. ում — մէ pro իմէ a Dat. իմ — ումեքէ, ումեքմէ, իմեքէ a Dat. ումեք, ումեքն, իմեք — որմէ a Dat. որում — իմմէ, իւրմէ, մերմէ etc. a Dat. իմում, իւրում, մերում etc., atque e formis Nominum գեղջէ a Dat. գեղջ — կնոջէ a Dat. կնոջ — տեղւոջէ a Dat. տեղւոջ — այգմէ a Dat. այգման — [illegible] etc. Nam in omnibus his Nominibus et Pronominibus Dativi forma a forma Genitivi discrepat. Sed in plerisque earum vocibus exstat quoque alia forma Dativi a Genitivo haud diversa, atque in omnibus nominibus alius generis duo hi casus eandem semper terminationem habent. In his vero ea lex observatur, ut nomina, quae in Genitivo et Dativo in եղ, եր, ան desinunt, notam Ablativi է sine ulla mutatione addant, cf. Հիմն Gen. Dat. Հիման Abl. Հիմանէ — ոսկր Gen. Dat. ոսկեր Abl. ոսկերէ — աստղ Gen. Dat. աստեղ Abl. աստեղէ — nomina cum terminatione Genitivi et Dativi ին vocalem ի sec.

---

*) Saepius tamen scribitur ումմէ, atque a Pron. քոյ Dat. քում Abl. քումմէ; utrumque fortasse, ut vocalis ու teneatur.

pag. 74. §. 10, 1. cf. p. 79., ubi է additur, abjiciant, cf. անձն Gen. Dat. անձին Abl. անձնէ *) — nomina porro in Gen. et Dat. in եան exeuntia hanc flexionis syllabam accedente vocali է sec. p. 74. §. 10, 1. cf. p. 87. plerumque in ե mutent. **) cf. արիւն Gen. Dat. արեան Abl. արենէ — կորուստ Gen. Dat. կորստեան Abl. կորստենէ. De nominibus vero, in quibus syllaba flexionis in fine additur, observandum est, ea, quae vocalem ի in casibus obliquis adsumunt, hoc ante է †) abjicere. cf. դաշտ Gen. et Dat. դաշտի Abl. դաշտէ pro դաշտիէ — դաստակերտ Gen. et Dat. դաստակերտի Abl. դաստակերտէ pro դաստակերտիէ — atque ea, quae in Genitivo ու accipiunt, hanc vocalem modo retinere, modo ejicere. cf. խորատ Gen. et Dat. խորատու Abl. խորատուէ — գանձ Gen.

---

*) Forma անէ, quae in nominibus haud paucis hujus generis legitur, a Gen. et Dat. forma ան derivanda est. cf. ձեռն Gen. Dat. ձեռին Abl. ձեռանէ a forma inusitata Dat. ձեռան.

**) Excipias modo pauca nomina maximam partem monosyllaba, quae diphthongum եա retinent, ut ձիւն Gen. Dat. ձեան Abl. ձեանէ — սիւն Gen. Dat. սեան Abl. սեանէ — sed et ստին Gen. Dat. ստեան Abl. ստենէ — atque alia nomina, quae passim vocalem է formae Nominativi adnectunt, ut կորիւն Gen. Dat. կորեան Abl. կորիւնէ — անկիւն Gen. Dat. անկեան Abl. անկիւնէ et անկեանէ. —

†) Nunquam enim in vocibus armeniacis, si recte memini, reperitur իէ.

et Dat. գանձու Abl. գանձէ *) — զօր Gen. et Dat. զօրու Abl. զօրուէ et զօրէ — denique ea, quibus այ sive ոյ in Genitivo additur, Ablativi terminationem non admittere, sive, quoniam է praecedente յ in pronunciatione absorbetur, sive quoniam facile confunderentur cum nominibus, quae ի aut ու, in quod, ut in voce քոյր Gen. քուեր, diphthongus facile transire poterat, in Genitivo accipiunt. Ita enim, e. g. ընծայէ, վկայէ, զօրուէ derivari possent a vocibus ընծ seu ունծ Gen. ընծայ — վէկ seu վուկ Gen. վկայ — զօր Gen. զօրոյ. — Haec vocalis characteristicae omissio ansam dedit singulari modo Locativum in ejusmodi vocibus exprimendi per formam Accusativi, et fortasse etiam in causa fuit, cur Ablativo, ut a Genitivo et Dativo discerneretur, Praefixum 'ի additum sit, quod ibi tantum saepius omittitur, ubi bis ponendum erat. cf. քաղաքէ 'ի քաղաք seu քաղաք 'ի քաղաքէ pro 'ի քաղաքէ 'ի քաղաք.

Alia terminatio Ablativi ուստ, ab աստ seu աստի **) i. e. *indè*, procul dubio derivanda, minus huc videtur pertinere, quum potius Adverbia videantur esse, quae ita formantur, e. g. ներքուստ — անդուստ'ի վերուստ — atque ita quoque elocutiones, quales sunt յաստուածուստ Հնարաւ որութեանց

*) Sed legitur quoque գանձ Gen. գանձի, et զօր Instr. զօրաւ.

**) Ac legitur quoque անդստին etc.

— յամենայն բարեկարգութեանց — eâdem ratione explicari possunt, quâ graecae ἐν τῷ ἐμπροσθὲν χρόνῳ, atque aliae ejusmodi. Sed potius contractae dicendae sunt hae formae ex Ablativo nominis et voce աստ, unde et facillime vocalis ու explicatur, quoniam hae formae maximam partem e nominibus, quae in Genitivo ոյ adsumunt, derivantur. cf. վեր Gen. Dat. Abl. վերոյ, hinc վերուստ pro վերոյ + աստ — աստուած Gen. Dat. Abl. աստուածոյ et աստուծոյ, hinc աստուածուստ *) pro աստուծոյ seu աստուածոյ + աստ. Deinde vero etiam hoc ad alia nomina aliter flectenda transiit. cf. ամենուստ ab ամէն Gen. ամենի. Saepius tamen Adverbium աստ aliaque hujuscemodi nominibus, ad quae pertinent, separatim junguntur. cf. 'ի տեղւոջէ աստի յայսմանէ.

Narrativus casus, quo idem fere exprimitur, quod in lingua latina per Praepositionem *de*, nonnisi quoad Praefixum, ut jam supra pag. 98. diximus, ab Ablativo differt; atque hinc non est, quod hîc de eo disseramus.

f) *Instrumentalis* casus varias formas habere videtur, atque per literas ւ, վ, բ, formae Genitivi adnexas in variis vocibus indicatur. Veruntamen et huic casui una modo forma subest, cujus origo, si quid video, in Conjunctione և i. e. *et* Genitivo additâ latet, unde *Comitativus* potius

*) Exspectatur աստուծուստ; sed ա insertum est, ut in omnibus vocibus ab աստուած derivatis, in quibus discrimen illud cf. pag. 76. nota *) non observatur.

dicendus esset. Reperitur haec forma, quam primitivam habeo, adhuc in Pronominibus pers. ինեւ, քեւ, իւրեւ *) pro իմ + ե, քոյ + ե seu քուե, et իւր + ե. Sed in reliquis vocibus fere omnibus vocalis ե a vocali flexionis characteristica absorbetur, sive, ut litera ւ cum consonante praecedente conjungatur, abjicitur. Hinc, ubi syllaba flexionis est այ seu ի, scribitur in Instr. աւ, et իւ, pro այեւ seu աեւ, atque pro իեւ. cf. արքայիւ ab արքայ — կուսանաւ, Նանկաւ a կուսան, Նանկ — in nominibus, quae in Genitivo ոյ accipiunt, ով**) scribitur pro ոյեւ seu ուեւ. cf. որթով a Nom. որթ — sed in iis, quae in casibus obliquis vocalem flexionis ու adsumunt, tam ե quae ւ a praecedente vocali absorbetur, ita ut Instrumentalis a Genitivo non differat, ac dicitur ու pro ուեւ. cf. զարդ Gen. et Instr. զարդու — Voces denique, quae literam liquidam ղ, seu ն, seu ր, in fine ubique retinent, literam ւ, quae sequitur, sec. pag. 55. sq. in mediam բ convertunt, unde efficitur, ut ն sec. pag. 60. in literam labialem մ transeat. cf. աստղ Instr. աստեղբ — եղր Instr. եղերբ — ողն Instr. ողամբ — բարութիւն Instr. բարութեամբ.

At saepius in Instrumentali casu alia vocalis flexionis legitur, atque ea, quae in Genitivo cernitur; et notari debet, in hoc casu eam semper vocalem seu flexionem teneri, quae in casibus

*) Sed scribitur quoque իւրեաւ.

**) Vide supra pag. 55. sq.

obliquis numeri pluralis reperiatur, unde flexionem Genitivi et Instrumentalis Singularis scire sufficit, atque in Lexicis plerumque horum modo casuum terminatio affertur. cf. աղմուկ Gen. աղմկի Instr. աղմկաւ Gen. pl. աղմկաց — վկայութիւն Gen. վկայութեան Instr. վկայութեամբ Gen. pl. վկայութեանց — մատն Gen. մատին Instr. մատամբ Gen. pl. մատանց — փոքր Gen. փոքու Instr. փոքու et փոքումբ *) Gen. pl. փոքունց — համր Gen. համեր Instr. համերբ et համերաւ Gen. pl. համերց et համերաց etc.

In Pronominibus demonstrativis, ut jam supra diximus **), litera flexionis casuum non in fine sed in medio ponitur, quod in causa fuit, cur terminatio casus Instrumentalis bis saepius legatur. cf. նոյն Instr. նովին et նովիմբ — նա Instr. նովաւ pro նովա. — Idem vero etiam in aliis vocibus hîc illic locum habet, ubi terminationi hujus casus syllaba ին ***) addita est. cf. բոլոր Instr. բոլորով, deinde բոլորովին et բոլորովիմբ — ամենեկին et ամենեկիմբ a forma inusitata ամենեկ — ազգովիմբ etc.

De casu *Circumlativo*, qui dicitur, jam supra pag. 98. monuimus, Instrumentalem eum esse, cui Praefixum զ adnexum sit.

---

*) In his enim nominibus adjectivis litera ր in Instr. Sing. et in omnibus casibus numeri pluralis in ն transit.

**) cf. quae de casibus Genitivo et Dativo modo disputata sunt.

***) Sed voces hâc terminatione insignitae plerumque sensu modo adverbiali usurpantur.

Pluralis.

a) De *Nominativo* casu numeri pluralis, quâ ratione ex singulari numero formetur, jam uberius pag. 93. sqq. disputavimus. Hic tantummodo addo, literam hujus casus characteristicam ք, quum sec. pag. 25. in aliis linguis literae *s* nonnunquam respondeat, terminationi sanscritae *as* fortasse cognatam, sive etiam ex ea exortam esse. Ita quoque facillime intelligeretur, quî factum sit, ut passim litera ս pro ք scripta inveniatur, e. g. գնացեալս pro գնացեալք.

b) *Genitivus* in Pronominibus pers. I. et II. pers. quoad terminationem a Genitivo singularis numeri non differt, cf. մեր, ձեր; sed in reliquis Pronominibus, atque in omnibus nominibus character Genitivi est litera ց, quae vocali flexionis casuum obliquorum in numero singulari, atque Instrumentalis imprimis *), ubi hic casus aliam vocalem servavit, additur. cf. սոցա, այնց, ոյ՞ց, որոց, ամենեց, աւուրց, գիւղից, կանանց, աներանց, մարց etc. Ubi haec litera flexionis in media voce posita est, eamque vocalis cum consonante sequitur, saepius ea in fine vocis repetitur. cf. նոցին, նոցուն et նոցունց — ամենեցուն et ամենեցունց **).

Utriusque literae terminationis, tam ք quam ց, origo quaerenda fortasse est in terminatione

*) Vide, quae modo de hoc casu dicta sunt.

**) Idem factum modo vidimus in Instrumentali Sing. et videbimus quoque in Instr. Plur. cf. etiam, quae supra pag. 96. diximus.

sanscrita *sâm* *), quum ց ut supra pag. 23. demonstravimus, in aliis linguis saepius literae *s* respondeat; atque ita litera ր in vocibus մեր, ձեր, formae latinae *harum* pro sanscr. *tâsâm*, litera ց vero in vocibus նոցա etc. formae gothicae *thizô* pro eâdem forma sanscrita *tâsâm* accurate responderet. Attamen non minus verisimile est, literam ց e Dativo casu, cui propria sit, in Genitivum transiisse, atque originem ejus pariter atque supra literarum ձ et զ in formis Dativi Sing. Pronominum ինձ, քեզ, e Praefixo ց repetere **).

c) *Dativi* terminatio itidem ut Genitivi in Pronominibus pers. մեզ, ձեզ, a terminatione singulari haud diversa est; in reliquis vero vocibus cum Genitivo plur. prorsus congruit.

d) *Accusativi* litera characteristica in Pronominibus pers. մեզ et ձեզ est զ, atque ita a forma Dativi non differt. Sed, quum in reliquis vocibus Accusativus terminationem ս habeat, atque Praefixum զ ei proprium sit, cf. զկայսերս, զփո-քունս, զհայրապետեայս, զմարս, զաւուրս etc. utramque flexionis literam, tam զ quam ս, ex eodem Praefixo զ derivandam esse dixerim. Jam vero non tantum euphoniae causa, ut Elis. p. 13. ed. Ven. զհաւատացելայքս pro զհաւատացելայսն, verum etiam alibi, ubi nulla euphoniae ratio habita

*) cf. Bopp. vergl. Grammat. p. 285.

**) Sed et hujus Praefixi originem in stirpe pronominali S. *sa*, Arm. սա, latere dixerim.

est,*) cf. Gregor. Narek. Eleg. ԿԲ, 2. ողջք pro ողջս. ibid. ԾԷ, 2. զտիպսքն և զերիժքն pro զտիպսն և զերիժսն — litera ք pro ս scripta reperitur; atque igitur Nominativus et Accusativus in numero plurali non minus quam in singulari, saepissime certe, eandem terminationem fovent; et quaeri potest, an non hae duae literae ք et ս ex uno eodemque fonte fluxerint. — Caeterum notari debet, Accusativum, si in casibus obliquis vocalis in syllaba finali inseritur, sive alia atque in Nominativo reperitur, hujus casus vocalem ubique retinere. cf. գիւղք Gen. գիւղից Acc. զգիւղս — ցուլք Gen. ցլուց Acc. զցուլս — բառք Gen. բառից Acc. զբառս — մարդք Gen. մարդոց Acc. զմարդս — ակունք Gen. ականց Acc. զակունս — արիւնք Gen. արեանց Acc. զարիւնս — ատեղիք Gen. ատեղեաց Acc. զատեղիս — խաշինք Gen. խաշանց Acc. զխաշինս — քորք Gen. քերց Acc. զքորս — կանայք Gen. կանանց et կանաց Acc. զկանայս.

e) *Ablativus* in numero plurali eandem quam Genitivus seu Dativus flexionem servavit, atque ab his nonnisi per Praefixum ՚ի seu յ additum differt. cf. Gen. քաղաքաց Abl. ՚ի քաղաքաց — Gen. արքայից Abl. յարքայից etc. Veruntamen in Pronominibus demonstrativis սա, դա, նա, այս, այդ, այն suam praeterea terminationem նէ pro էն **) ut in Ablativo sing. adnexam habet, ac scribitur

*) Praesertim in iis nominibus, quae nonnisi in numero plurali occurrunt, e. g. զփառք, զգիրք etc.

**) cf. supra pag. 108.

itaque 'ի սոցանէ, 'ի դոցանէ, 'ի նոցանէ, յայսցանէ, յայդցանէ, յայնցանէ; *) in Pronominibus vero personalibus, ubi eandem pariter retinuit, duplex ejus flexio reperitur, quarum altera, quam pro antiquiori habeo, sensu tantum adverbiali usurpata, մեզէն, ձեզէն, terminationem Ablativi modo regulari formae Dativi մեզ, ձեզ, adjungit, altera vero մէնջ, ձէնջ, Genitivi seu Dativi terminationem ց, literâ ց mutatâ in ջ,**) terminationi Ablativi adnectit.

f) *Instrumentalis* plerumque ab eodem casu numeri singularis additâ tantum notâ numeri ք, flectitur. cf. բանիւ, բանիւք — յատակաւ, յատակաւք — անօթով, անօթովք — հիմամբ, հիմամբք — անկեամբ, անկեամբք — կղզեաւ, կղզեաւք — գանձու, գանձուք — atque ubi duplex forma in singulari numero exstat, sive utraque in plurali servata est, ut in voce աղբերբք et աղբերաւք a sing. աղբերբ et աղբերաւ — sive, idque saepius, altera tantum, cf. բարձու et բարձամբ pl. բարձամբք — փոքու et փոքուամբ pl. փոքուամբք — կնաւ et կանամբ, pl. կանամբք; subinde tamen etiam in plurali numero duplex forma reperitur, ubi singularis unam modo retinuit. cf. ցաւով pl. ցաւովք et ցաւաւք ***).

*) Sed reperitur quoque յայսց, յայդց, յայնց.

**) cf. supra pag. 107.

***) At non necesse est, ut in terminatione աւք pro ովք, seu vice versa ովք pro աւք flexionis diversitatem statuamus; immo potius orthographicum tantummodo discrimen est, quum utrumque, seriori certe tempore, cf. supra

ազգաւ pl. ազգաւք et ազգովք — գիւղիւ pl. գիւղիւք et գիւղաւք; sive una tantum, eaque a singulari diversa. cf. բերանով pl. բերանաւք — նաւու pl. նաւաւք.

Singularis est flexio hujus casus in Pronominibus demonstr., et in vocibus ամենեքեան et բոլորեքեան, seu ամենեքին, բոլորեքին, atque nomm. Numeralibus distributivis ejusdem formae, uti չորեքեան seu չորեքին etc. Ibi enim, quum casuum terminatio in medias voces inseratur, flexionis diversitas exorta, atque non casus, ut alibi, sed *) numeri nota repetita est; quod, quî factum sit, paucis demonstrabimus. Instrumentalis enim, quoniam semper literam ք, quam non numeri, sed casus, Nominativi nempe, notam putabant, additam habet, ex hac Nominativi forma derivandus esse videbatur; atque in illis vocibus non simpliciter literam ք, sed totam syllabam քա, քին, քուն **) pro terminatione habebant. Itaque his demum syllabis adnexa est casus nota, ac denique numeri signum, quemadmodum in aliis vocibus, in fine adjectum. Ita ortae sunt

---

pag. 39. sqq. pronunciaretur *ô*; atque hinc factum est, ut in fine vocum, pariter atque in earum initio, ubi litera consonans sequitur, etiamnum in editionibus ubique *o* legatur pro աւ, e. g. բերանօք pro բերանաւք — ազգօք pro ազգաւք — եկեղեցեօք pro եկեղեցեաւք.

*) cf. quae de aliis casibus diximus.

**) Hanc enim exstitisse, licet non amplius legatur, e forma Genitivi, atque Instrumentalis inprimis elucet.

formae ամենեքումբ, երկոքումբ; et ամենեքումբք, երկոքումբք — սոքիմբք et սոքումբք *) — սոքաւք sive սոքօք. Pronominum demonstr. այս, այդ, այն forma regularis est այսուք etc. ab այսու, quae et passim occurrit; seu այսուքիկ, quae quum facillime cum Nominativo այսոքիկ confunderetur, non in usu fuit; sed forma այսոքիկ, quoniam կ pro ք tanquam signum numeri pluralis positum putabatur, այսոքիւք formatum est: formam vero այսոքիմբք hoc Pronomen a flexione Pronominis սոյն, սոքիմբք mutuatum est. Restant denique Pronomina pers. ես, դու, quae in plurali numero aliam flectendi rationem sequuntur. In his enim stirpi pronominali մ, ձ **) terminatio casus cum numeri signo addita est; atque ita ortae sunt formae մեւք, ձեւք, quae seriori tempore in formas longiores մեաւք, ձեաւք, sive մեօք, ձեօք, mutatae sunt.

DE DECLINATIONIBUS.

Uti casuum ita quoque Declinationum numerus a Grammaticis varie constituitur, ac dici fere potest, quot libros grammaticos tot varietates in declinationibus constituendis inveniri. Alii enim quinque, alii octo, alii novem, alii decem, alii quatuordecim, alii duodeviginti, alii denique vi-

---

*) Sed reperitur quoque սովիմբք regulariter ex Instr. sing. formatum.

**) Sed fortasse, ut in reliquis hujus numeri casibus vocalis ե non ad terminationem sed ad stirpem pertinet.

ginti declinationes in lingua armeniaca esse contendunt. Ac sane quidem nomina, in quibus vocalis flexionis ante ultimam consonantem inseritur, a reliquis, in quorum fine adnectitur, distinguenda esse, atque genus declinationum ab illis valde diversum efficere videntur, quod itidem atque genus alterum ob varias vocales in varias species dispescitur. Hinc illa declinationum multitudo enata est; varietatis vero causa in eo quaerenda est, quod alii nominibus irregularibus accensebant, quae alii singularem declinationem constituere putabant, atque diversitatem flexionis alii videbant, ubi alii majori jure eandem flexionem subesse statuebant. Sed jam supra pag. 99 sq. vidimus, in illis nominibus literam ն additam non ad stirpem nominum pertinere, atque ideo eorum flexionem ab aliis non esse diversam, nomina vero in literas ր et ղ desinentia, quae eandem flexionem servent, ab illis eam mutuata esse; atque infra videbimus, haec nomina haud ita raro ad aliorum normam flecti, id quod seriorem illius flexionis originem arguere videtur. Quum igitur non varia declinationum genera accipienda sint, earum diversitas in solis literis vocalibus consistit, eaeque, quum casus Nominativus *) omnis characteris expers sit, nonnisi in casibus obliquis conspiciuntur. In his vero exceptâ vocali longâ է reliquae omnes reperiuntur, unde quinque declinationes

*) Vide supra pag. 100.

secundum quinque vocales *ա*, *ե*, *ի*, *ո*, *ու*, prodeunt. Sed quum haud pauca nomina in casibus obliquis numeri pluralis aliam flexionem sequantur, quam in singulari numero, duae praeterea declinationes, sexta et septima, accedunt, quarum prior ad normam primae et tertiae, posterior vero, ad primae et quartae declinationis normam flectitur. Has cum viro sagacissimo *Avetikhean* nomine *mixtarum*, illas vero *simplicium* nomine insignire placuit. Omnium vero septem declinationum schema tabula sequens exhibet.

TABULAE DECLINATIONUM.

SIN

Simplices.	*Nominat.*	*Genitivus.*	*Dativ*
Declin. I. (char. ա.)	Տրդատ սերմն բարութիւն	Տրդատայ սերման բարութեան [3]	ut Gen ut Gen ut Gen
Declin. II. (char. ե.)	աղբիւր s. աղբեւր [2]	աղբեր [3]	ut Gen
	աստղ	աստեղ cf. աղդերի	ut Gen
Declin. III. (char. ի.)	ախտ	ախտի	ut Gen.
Declin. IV. (char. ո.)	մարդ	մարդոյ	մարդոյ s. մարդ
Declin. V. (char. ու.)	այր s. օր [6]	աւուր	ut Gen
	ծանր	ծանու [7] cf. թանձրու	ut Gen.
	գանձ	գանձու	ut Gen
Mixtae.			
Declin. VI.	քաղաք	քաղաքի	ut Gen.
(cha ա et ի.)	դուղնաքեայ	դուղնաքէի [8]	ut Gen.
	բեռն	բեռին	ut Gen.
Declin. VII. (char. ա et ո.)	տեղի	տեղւոյ [9]	տեղւոյ s. տեղւ

[1]) cf. pag. 55. sq. [2]) cf. p. 42. [3]) cf. p. 55. [4]) cf. p. 87. [5])

ARIS.

Accusativus.	Ablativus.	Instrumentalis.
զՏրդատ	'ի Տրդատայ	Տրդատաւ
զսերմն	'ի սերմանէ	սերմամբ [1])
զբարութիւն	'ի բարութենէ [4])	բարութեամբ [1])
	cf. 'ի ձեռանէ [4])	
	յանկինէ	
զաղբիւր	յաղբերէ	աղբերբ [1])
s. զաղբեւր [2])	s. յաղբիւրէ	s. աղբերաւ
զաստղ	յաստեղէ	աստեղբ [1])
	cf. 'ի տերրէ	cf. կոճեղաւ
զախտ	յախտէ	ախտիւ
զմարդ	'ի մարդոյ	մարդով [1])
	cf. յաջմէ [5])	
զաւր s. զօր [6])	յաւրէ [5])	աւուրբ [1])
	s. յօրէ [6])	
զծանր	'ի ծանուէ	ծանու
		s. ծանումբ [1])
		cf. բարձամբ [1])
զգանձ	'ի գանձէ [5])	գանձու
	s. 'ի գանձուէ	
զքաղաք	'ի քաղաքէ	քաղաքաւ
զդուզնաքեայ	('ի դուզնաքէէ)	դուզնաքէիւ [8])
զբեռն	'ի բեռանէ	բեռամբ [1])
	cf. 'ի դաշնէ	
զտեղի	'ի տեղւոյ [9])	տեղեաւ [9])
	s. 'ի տեղւոջէ	cf. որդւով [1])

5. [6]) cf. p. 40. sqq. [7]) cf. p. 64. sq. [8]) cf. p. 87. [9]) cf. p. 82.

P L

Simplices.	*Nominativus.*	*Gen. et Dat.*
Declin. I. (char. ա.)	Տրդատք սերմանք cf. հիմունք [2]) բարութիւնք	Տրդատաց սերմանց բարութեանց [4])
Declin. II. (char. ե.)	աղբիւրք s. աղբեւրք [5]) s. աղբերք ստեղք [9])	աղբերց [4]) s. աղբերաց ստեղց s. ստեղաց
Declin. III. (char. ի.)	ախտք	ախտից
Declin. IV. (char. ո.)	մարդք	մարդոց
Declin. V. (char. ու.)	աւուրք [2]) ծանունք [2]) cf. թանձրունք [6]) գանձք	աւուրց ծանունց [6]) cf. բարձանց գանձուց
Mixtae.		
Declin. VI. (char. ա et ի.)	քաղաքք դուզնաքեայք բեռինք cf. մասունք [2])	քաղաքաց դուզնաքեայց s. դուզնաքեաց cf. այծէից [7]) բեռանց cf. դառինց
Declin. VII. (char. ա et ո.)	տեղիք	տեղեաց [8]) cf. որդւոց [8])

[1]) cf. pag. 40. sqq. [2]) cf. p. 84. [3]) cf. p. 55. sq. [4]) cf. p.

ALIS.

Accusativus.	Ablativus.	Instrumentalis.
զՏրդատս զսերմանս cf. զհիմունս [2]) զբարութիւնս	'ի Տրդատաց 'ի սերմանց 'ի բարութեանց	Տրդատաւք s. Տրդատօք [1]) սերմամբք [3]) բարութեամբք [3])
զաղբիւրս s. զաղբեւրս [5]) s. զաղբերս զաստեղս [9])	յաղբերց s. յաղբերաց յաստեղց s. յաստեղաց	աղբերբք [3]) s. աղբերաւք s. աղբերօք [1]) աստեղբք [3]) s. աստեղաւք s. աստեղօք [1])
զախտս	յախտից	ախտիւք
զմարդս	'ի մարդոց	մարդովք [3])
զաւուրս [2]) զծանունս [2]) զգանձս	յաւուրց 'ի ծանունց cf. 'ի բարձանց 'ի գանձուց	աւուրբք [3]) ծանումբք [3]) s. ծանուք cf. թանձրուք cf. բարձամբք [3]) գանձուք
զքաղաքս զդուզնաքեայս զ բեռինս cf. զմասունս [2])	'ի քաղաքաց 'ի դուզնաքեայց s. 'ի դուզնաքեաց cf. յայծէից 'ի բեռանց	քաղաքաւք s. քաղաքօք [1]) դուզնաքեաւք s. դուզնաքեօք [1]) cf. այծէիւք բեռամբք [3])
զտեղիս	'ի տեղեաց cf. յորդւոց	տեղեաւք s. տեղեօք [1]) cf. որդւովք [3])

: p. 42. [6]) cf. p. 60 et 64. sq. [7]) cf. p. 87. [8]) cf. p. 82. [9]) cf. p. 76.

DECLINATIO PRIMA.

Char. ա.

In prima declinatione voces, quae vocalem flexionis post ultimam consonantem addunt, nomina propria sunt, quae plurali numero proprie carent *).

Flectuntur ita mutatis mutandis secundum permutationis literarum regulas nomina Խորէն Gen. Խորենայ cf. supra pag. 77. — Պապիկ Gen. Պապկայ cf. supra pag. 79. — Ընոյշ Gen. Ընուշայ cf. pag. 86. — Զարուհի Gen. Զարուհեայ cf. pag. 82. — Պաւլելա **) Gen. Պաւլելեայ cf. pag. 81. — Սկեղեաց Gen. Սկեղեցայ cf. pag. 77 sq. — Հեղինէ Gen. Հեղինեայ cf. pag. 82. — Sed non omnia nomina propria hanc flexionem sequuntur, neque omnia ea, quae ab initio eam sequuta sunt, nomina propria fuerunt. Immo vero haud pauca eorum aliam flexionem servarunt, et ad tertiam, quartam, seu quintam declinationem pertinent, atque alia mox ad primae, mox ad alius declinationis normam flectuntur. cf.

---

*) Reperitur tamen յուղայք, սիմոնք, գրիգորիոսք, quae uti in singulari numero ad tertiam declinationem flectuntur, յուղայից etc.; qua de causa etiam nominibus propriis, quae ad primam declinationem pertinent, numerum pluralem dedimus.

**) De his ac similibus nomm. propr., quae in Nominativo casu in ա exeunt, atque proprie ad tertiam declinationem pertinent, vide supra pagg. 81 et 105.

Գողթն Gen. Գողթան — Աստղիկ Gen. Աստղկան cf. pagg. 79 et 104 nota *) — Յուսիկ Gen. Յուսկան — Սարգիս Gen. Սարգսի, սիւ — Հեթում Gen. Հեթմոյ cf. pag. 85. — Անի Gen. Անւոյ ibid. — Արտազ Gen. Արտազու — Այրարատ Gen. Այրարատայ, Այրարատոյ, Այրարատու — Անանիա Gen. Անանիայ et Անանիայի cf. pag. 81. sq. —

In nominibus propriis virorum graecis, quae itidem hanc vel illam declinationem sequuntur, varia flectendi ratio observatur. Terminatio enim graeca sive tota in casibus obliquis retinetur, ut in vocibus Ագաթանգեղոս Gen. Ագաթանգեղոսի — Եգիպտոս Gen. Եգիպտոսի — Մովսէս Gen. Մովսէսի s. Մովսեսի s. Մովսիսի cf. pagg. 77 et 83. — sive tota abjicitur, cf. Դիոս Gen. Դիայ — Աբդիաս Gen. Աբդիու — Արկադէոս Gen. Արկադեայ — Զեբեդէոս Gen. Զեբեդեայ — cf. quoque Բառնաբաս Gen. Բառնաբայ — Կղէոպաս Gen. Կղէոպայ — vel in Nominativo etiam, ut in nominibus Գէորգ Gen. Գէորգայ *) — Աղեքսանդր Gen. Աղեքսանդրի, s. Աղեքսանդրու Instr. Աղեքսանդրաւ **) aut alia forma substituitur, ut in multis nominibus in ոս exeuntibus, e. g. Աւգոստոս Gen. Աւգոստեայ — Անդրոնիկոս Gen. Անդրոնիկեայ — Կադմոս Gen. Կադմեայ — a forma Nominativi Աւգոստէ seu Աւգոստի etc., quemadmo-

---

*) Sed invenitur quoque Գէորգեայ.

**) Reperitur quoque Աղեքսանդրոս Gen. Աղեքսանդրոսի.

dum Զեբեդէոս Gen. Զեբեդեայ, sive Էսայի Gen. Էսայեայ. — In aliis nominibus ultima tantum terminationis litera ս abjicitur, ut in vocibus in էս et աս desinentibus, e. g. Աթանագինէս Gen. Աթանագինեայ — Թովմաս Gen. Թովմայի *) — in aliis denique duplex flexio locum habet, atque terminatio graeca modo tota retinetur, modo tota, sive ultima tantum ejus litera abjicitur. cf. Արիստակէս Gen. Արիստակէսի s. Արիստակիսի, atque etiam Արիստակեայ — Պատրոկլոս Gen. Պատրոկլոսի et Պատրոկլեայ — Նիփեաս Gen. Նիփեասի et Նիփեայ — Թովմաս Gen. Թովմասու et Թովմայի — Ղուկաս Gen. Ղուկասու et Ղուկայ — Որոգինէս Gen. Որոգինեայ et Որոգինի — Կրթանէս Gen. Կրթանիսի et Կրթանեայ etc.

Nomina quidem appellativa hanc nominum propriorum flexionem non amplius servant, sed haud pauca eorum primitus eandem sequuta esse e sextae et septimae declinationis flexione satis luculenter apparet.

Nomina patronymica in syllabam եան seu ան desinentia ad tertiam declinationem proprie flectenda erant, ad normam nominum ատեան Gen. ատենի — ոստիկան Gen. ոստիկանի — atque re vera passim adhuc ita flexa reperiuntur, cf. Faust. Byz. lib. IV. cap. 2. p. 66. ed. Ven. մամիկոնենից a Nom. մամիկոնեանք; plerumque tamen in singulari numero indeclinabilia sunt, in plurali vero

*) Alibi vero etiam Թովմասու legitur.

nil nisi literas casuum characteristicas addunt, atque modo singulari ad analogiam nominum hujus declinationis abstractorum flectuntur. e. g. տրդատեանք, տրդատեանց, զտրդատեանս, 'ի տրդատեանց, տրդատեամբք — վարդանանք, վարդանանց etc.

Flexionem nominum սերմն et հիմն *) alia multa nomina substantiva et pauca quoque adjectiva in literam ն praecedente aliâ consonante exeuntia sequuntur, quorum haud pauca secundum permutationis literarum regulas varietates quasdam in flexione subeunt. cf. այծեամն Gen. այծեման sec. pag. 77. — բուռն Gen. բռան sec. pag. 85. — դուռն Gen. դրան cf. pagg. 66. et 85. — ձիգն Gen. ձգան sec. pag. 79. — շուն Gen. շան, sed անուն Gen. անուան cf. pag. 85. — պոյտն Gen. պուտան sec. pag. 86. — սփիւռն Gen սփռան sec. pag. 77. — պաշտօն seu պաշտաւն Gen. պաշտաման sec. pag. 57. — փայծաղն Gen. փայծեղան cf. pag. 76. etc.

Pertinent huc vero etiam nomina nonnulla in իկն, ուկն maximam partem desinentia, quae literam ն in Nominativo numeri singularis **) abjiciunt. cf. աղջիկ Gen. աղջկան cf. pag. 79. — Աստղիկ Gen. Աստղկան — մարդիկ Gen. մարդկան — Յուսիկ Gen. Յուսկան — փոքրիկ Gen. փոքրկան — մանուկ Gen. մանկան cf. pag. 85. — atque etiam երէց Gen. երիցան cf. pag. 83. etc. Sed,

*) Sed pleraque nomina in Nominativo et Accusativo numeri pluralis vocalem ու sec. pag. 84. recipiunt.

**) cf. pag. 59.

uti in Nominativo, ita quoque subinde in reliquis casibus utriusque numeri litera ն abjiciebatur, ita ut declinationem sextam in flexione plerumque haec nomina sequerentur. cf. աղջկաւ, աղջկաց — ծաղկի, ծաղկաւ, ծաղկիւք, ծաղկաց — nomen vero երէց modo ad quartam modo ad quintam declinationem flectitur. Scribitur enim quoque Gen. երիցոյ et երիցու — ac deinde Abl. յերիցուէ — Instr. երիցու, atque adeo երիցաւ.

Referenda huc quoque sunt duo nomina irregularia, quae literam ն itidem in casu nominativo abjiciunt, այր, *vir*, nempe, et, quod inde formatum videtur, տէր *) *dominus*, una cum nominibus compositis, quorum membrum posterius haec efficiunt, e. g. երկայր, քեռայր — տանուտէր etc. Flectuntur ea hâc ratione:

	Singularis.	*Pluralis.*
Nominat.	այր	արք
Gen. et Dativus	առն	արանց
Accusat.	զայր	զարս
Ablativ.	յառնէ	յարանց
Instrum.	արամբ	արամբք

*) Puto enim contractum esse e տի + այր s. ար, quemadmodum e notione pariter atque e flexione elucet. Nam տի indicat proprie negationem, cf. տիեզերք i. e. *nonfines*, *infinitum*, *mundus universus:* տիար igitur seu տեար, տէր, denotat *nonvirum* i. e. virum, qui reliquis non par est, dignitate omnes superat, *dominum;* atque eâdem plane ratione տիկին i. e. *nonfemina* pro *domina*, *regina* usurpatur.

	Singularis.	*Pluralis.*
Nominat.	տէր	տեարք
Gen. et Dativus	տեառն	տեարց s. տերանց
Accusat.	զտէր	զտեարս
Ablativ.	'ի տեառնէ	'ի տեարց s. 'ի տերանց
Instrum.	տերամբ	տերամբք

In hac flexione այր sec. pag. 76. pro ար — տէր sec. pag. 87. pro տեար, idque sec. pag. 82. pro տիար scriptum est. Inde derivandae sunt formae արք, արս — տեարք, տեարց, տեարս. Reliquae casuum formae ex inusitata Nominativi forma արն, տեարն, sive potius sec. pag. 65. առն, տեառն, descendunt. Genitivus inde derivatus sonare debuit արան, տերան, cf. pagg. 65. et 77. sq.; sed, quum in Nominativo litera ն abjiceretur, contractio vocum in առն, տեառն, ejectâ vocali ա locum habere potuit. Ex hac forma Ablativus numeri singularis յառնէ, 'ի տեառնէ, formatur; ex illa vero primitiva ortae sunt formae արամբ, արանց, յարանց, արամբք — տերամբ, տերանց, 'ի տերանց, տերամբք.

Ad normam nominis բարութիւն flectuntur imprimis nomina abstracta in ութիւն, aliaque in simplex իւն exeuntia, et nomen սիւն Gen. սեան pro սիան sec. pag. 82 *). Sed in nonnullis vocibus in literas ստ, նդ, րդ, desinentibus paucisque aliis tota syllaba finalis in Nominat. Sing. abjecta

*) In casu Ablativo numeri singularis triplex eorum flexio occurrit, de qua jam supra pag. 110. disputavimus.

est, e. g. գայլուստ pro գայլստին *) Gen. գայլստեան — Հանգիստ Gen. Հանգստեան — Ծնունդ Gen. Ծննդեան — սնունդ Gen. սննդեան — ժողովուրդ Gen. ժողովրդեան — տեսիլ Gen. տեսլեան — վաղիւ pro վաղուին cf. pag. 77. nota **) Gen. վաղուեան. Peculiaris est flexio nominis տիւ, cujus casus obliqui տուընջեան, 'ի տուընջենէ, տուընջեամբ a forma Nominativi տուընջին **) originem ducunt; sed Locativi seu Dativi forma 'ի տուընջենի, quae itidem occurrit, a Nominativo տուընջեան (quemadmodum ատեան Gen. Dat. ատենի sec. tertiam declinationem) derivanda est. Sed omnia fere haec nomina eâdem ratione, quâ supra nomina in իկ, ուկ desinentia, literam ն, quam in casu Nominativo amiserant, in reliquis etiam casibus et in numero plurali saepe abjiciunt, atque sive ad tertiam seu ad quartam declinationem flectuntur. cf. փախուստ, փախստի, փախստիւ, ժողովուրդ, ժողովրդի, 'ի ժողովրդէ, ժողովրդիւ et ժողովրդով, ժողովուրդք, ժողովրդոց, ժողովրդովք — Ծնունդ, Ծննդոյ, Ծնունդք, Ծննդոց, Ծննդովք — վաղիւ, վաղուի, 'ի վաղուէ — տիւ, 'ի տուէ, տիւք — կորուստ, կորուստք — գայլուստ, գայլուստք — տեսիլ, տեսիլք.

DECLINATIO SECUNDA.

Char. ե.

Ad secundam declinationem pertinent nomina

*) Vide pag. 104.

**) Hoc nomen ex antiqua Dativi forma տուընջ pro տիւնջ seu տիւնոջ, տիւնիջ cf. supra pag. 107. a Nom. տիւն additâ terminatione nominum abstractorum իւն ortum puto.

maximam partem substantiva in ր seu ղ praecedente consonante desinentia, atque nomina, quae in diphthongum իւ seu եւ *) sequente literâ ր exeunt.

Nomina hujus declinationis primitus ad declinationem sextam flexa esse videntur, id quod e formis աղբերի, աղբերբաւ, աստեղաց, աղբերբաւք elucet. Multo tamen saepius per insertionem vocalis ե flectuntur, atque hanc flexionem, ex qua peculiarem declinationem constituunt, serius demum ex imitatione nominum in իւն seu literam ն praecedente aliâ consonante exeuntium ortam puto; litera ե vero sive discriminis ergo, seu tanquam vocalis proxima auxiliaris, cf. pag. 76., in his nominibus praeferebatur.

Flectuntur ita: դուստր Gen. դստեր sec. pag. 85; — լհնար Gen. լհաեր sec. pag. 79. — սիկղ Gen. սկեղ — atque ratione singulari սկուտեղ Gen. սկտեղ, quae Genitivi forma ex inusitata forma Nominativi սկուտղ oriunda est.

Pertinet huc quoque nomen, quod irregularibus accensetur, քոյր, *soror*, cujus declinatio haec est:

---

*) At fortasse in his nominibus իւ seu եւ non diphthongus est, sed tantum literae ւ locum gerit, quae cf. pag. 38. sq. *ü* pronunciabatur, et tanquam vocalis auxiliaris ante literam ր (vide pag. 74. §. 10, 3.) inserta est. Hinc reperiuntur quoque formae աղբերք, զաղբերս, quemadmodum աստեղք, զաստեղս.

	Singularis.	*Pluralis.*
Nominat.	քոյր	քորք
Gen. et Dativus	քուեր, քեռ	քուերց, քերց
Accusat.	զքոյր	զքորս
Ablativ.	'ի քեռէ	'ի քերց
Instrum.	քերբ	քերբք.

Primitiva hujus nominis flexio in casibus obliquis erat քուեր seu քըւեր etc. cf. supra pag. 85., deinde vero omissâ vocali ու scriptum est քեր, atque ob vocalem brevem antecedentem քեռ, 'ի քեռէ — in reliquis vero casibus obliquis, quia litera consonans in fine accedit, քերբ, քերց, քերբք, sec. pag. 66. legitur, atque in Nom. et Acc. Plur. diphthongus seu vocalis longa ոյ ob additam consonantem sec. pag. 88. in ո transit; unde քորք, զքորս, scribitur.

DECLINATIO TERTIA.

Char. ի.

Declinatio tertia omnium simplicissima multitudine nominum reliquas fere omnes superat. Flexionem ejus sequuntur nomina: երկին Gen. երկնի — սիրտ Gen. սրտի — իղձ Gen. ըղձի cf. pag. 79. — գմբէթ Gen. գմբեթի cf. pag. 77. — հէն Gen. հինի cf. pag. 83. — խուղ Gen. խղի cf. pag. 85. — կոյս Gen. կուսի cf. pag. 86. — լեարդ Gen. լերդի cf. pag. 78. — հրեայ seu հրէայ Gen. հրէի cf. pag. 87. —

Nomen hujus declinationis irregulare est գիւղ, *vicus*, quod variâ ratione scribitur ac flectitur.

Scribitur enim et գեւղ, գեաւղ, գեօղ, atque etiam գեղ, 'atque flexio ejus haec est:

	Singularis.	*Pluralis.*
Nominat.	գիւղ etc.	գիւղք etc.
Genitivus.	գեղջ, գեղի, գեաւղջ	գիւղից, գեղից
Dativ.	ut Gen.	ut Gen.
Accusat.	զգիւղ etc.	զգիւղս etc.
Ablativ.	'ի գեղջէ, 'ի գեղէ	'ի գիւղից, 'ի գեղից
Instrum.	գիւղիւ, գեղիւ	գիւղիւք, գիւղօք, գեղիւք.

Duplicem hîc habemus flexionem, quarum altera ab altera absorpta est. Ex altera enim hoc nomen, quasi solâ terminatione constet, declinationem secundam sequitur, atque hinc in casibus obliquis literam ե insertam habet; scribitur itaque գեղ, quemadmodum աղբեր ab աղբիւր. Sed, licet haec forma in casibus obliquis utriusque numeri reperiatur, altera tamen flexio, tertiae nempe declinationis, accessit, quoniam Genitivus գեղ a Nominativo nominis, quod *pulchritudinem* denotat, non differret. Jam vero additâ hâc flexione illa flexio prior superflua fiebat, qua de causa in casibus obliquis syllaba radicalis a casu recto non distincta est, cf. գիւղիւ, գիւղից etc. In Dat. Sing. sec. pag. 107. forma գեղջ in usu est, quae in Genitivum quoque transiit; atque Ablativus sive ab hac sive ab altera forma derivatur, unde duae hujus casus formae existunt. Denique in Instr. Plur. reperitur quoque terminatio օք sive աւք, ad normam declinationis sextae formata.

Eandem flexionem sequitur nomen compositum քաղաքագիւղ i. e. χωμόπολις, aliaque ejusdem generis.

DECLINATIO QUARTA.

Char. ո.

Declinationem quartam sequuntur nomina multa tam substantiva quam adjectiva, eaque modo primitiva, modo derivata. E nominibus derivatis huc pertinent imprimis Infinitivi Verborum omnium Conjugationum in ել, ալ, ուլ, իլ, exeuntes, e. g. սիրել Gen. սիրելոյ — աղալ Gen. աղալոյ — թողուլ Gen. թողլոյ sec. pag. 85. — խօսիլ Gen. խօսելոյ cf. pag. 83. nota *); deinde Participium Praet. in syllabam եալ desinens, cf. ստացեալ Gen. ստացելոյ cf. pag. 78.; atque nomina cum terminationibus ած seu ուած, ային, ին, ուն. e. g. խափանած et խափանուած Gen. խափանածոյ *) et խափանուածոյ — աստուած Gen. աստուծոյ et աստուածոյ cf. pag. 76. nota *) — մարդկային Gen. մարդկայնոյ cf. pag. 79. — վերին Gen. վերնոյ — անասուն Gen. անասնոյ cf. pag. 85. Nonnulla nomina modo ad hanc modo ad tertiam atque adeo sextam declinationem flectuntur, e. g. ստացուած Gen. ստացուածայ et ստացուածի — գիշեր Gen. գիշերոյ et գիշերի Plur. գիշերաց — ողկոյզ Gen. ուղկուզոյ cf. pag. 86. et ողկուզի Plur. ողկուզաց — թեւ Gen. թեւոյ et թեւի Abl. 'ի թեւէ — թուղթ Gen. թղթոյ cf. pag. 85.

---

*) Sed reperitur quoque բրած Instr. բրածիւ etc.

et թղթի Abl. 'ի թղթէ; atque in Instr. Plur. haud pauca nomina terminationem աւք sive օք pro ովք rccipiunt, de qua varietate potius quam diversitate jam supra pag. 118. nota ***) dictum est.

Terminatio Dativi Sing. ում*) praeter nomina pauca primitiva et Pronomina derivata cf. իմում, ձերում, որում, սորայում, այսպիսում, մարդում, սրբում, պղծում etc. nominibus imprimis adjectivis, iisque inային, ին, et Participiis Verborum in եալ exeuntibus propria est, cf. մարդկայնում, վերջնում, գրեցելում, eo tamen discrimine, ut in nominibus utraque terminatio ոյ et ում promiscue, in illis pronominibus haec fere sola reperiatur. In Ablativo eadem est ratio. Licet enim reperiatur forma յաջմէ, յառաջնմէ etc., in plerisque tamen nominibus altera terminatio ոյ praefertur, in pronominibus vero illis terminatio մէ plerusque locum habet.

DECLINATIO QUINTA.

Char. ու.

Quintae declinationi, accensentur nomina substantiva haud pauca, quae flexionem vocis գանձ sequuntur; sed multa eorum etiam ad tertiam, vel quartam, vel sextam declinationem flectuntur. e. g. գանձ, գանձի, 'ի գանձէ **) etc. — դաս Gen.

*) cf. supra pag. 106.

**) Dixerim enim terminationem ուէ in Abl. Sing. quintae declinationi propriam esse, atque, ubi simplex է omissà vocali ու reperiatur, ibi aliam alius declinationis flexionem subesse.

դատու Instr. դատիւ — զարդ, զարդու et զարդից, զարդիւք — ագռաւ Gen. ագռաւու et ագռաւոյ — այգ Gen. այգու et այգոյ — առիւծ Gen. առիւծու et առիւծոյ — զգեստ Instr. զգեստու et զգեստով — զէն, զինու et զինով cf. pag. 83. — համար Gen. համարու et համարոյ — սով, սովու et սովով — ցուլ, ցլու et ցլոյ cf. pag. 85. — քաղց, քաղցու et քաղցով — զօր, զօրու, et զօրաց, զօրաւք — ժամ, ժամու et ժամաւ — նաւ, նաւուց et նաւաց etc *).

Nomen աւր seu օր Grammaticis irregulare habetur; sed e flexione ejus patet, esse potius unicum nomen regulare, ex iis nempe, quae vocalem flexionis ու ante ultimam consonantem inserunt. Similiter flectuntur Adjectiva multa in ր praecedente aliâ literâ consonante exeuntia, licet e flexione vocis թանձր Gen. թանձրու et թանձու, Nom. Pl. թանձրունք et թանձունք, Instr. թանձրուք — elucere videatur, vocalem flexionis ու in fine potius additam esse, atque literam ր e media voce ejectam. At literam ն, quae in hac voce,

*) Nomeu ասր i. e. *lana*, modo qnartam, modo quintam, modo denique secundam declinationem sequitur, atque literam ր subinde etiam ejicit, seu in vocalem ու mutat. cf. ասրու et ասու, յասուէ, ասրոյ, ասրով, ասաւոց, ասերք. Simile quid in nomine մեղր i. e. *mel*, videmus, quod itidem variâ ratione flectitur cf. մեղու, 'ի մեղուէ, մեղու, et մեղեր, մեղերք, atque etiam մեղրով, et մեղուի, մեղուաւ. cf. quoque ծաղր i. e. *risus*, Gen. ծաղու et ծաղրու atque etiam ծաղեր.

ut in reliquis Adjectivis hujus generis in numero plurali prodit, atque in Instr. Sing. sec. pag. 60. in մ mutata est, non sine ulla causa addi potuit, sed, si quid video, e sola permutatione literae ր cf. pag. 60. explicanda est; atque in voce թանձր in nonnullis casibus ր iterum inserebatur, quoniam origo literae ն non amplius patebat. Jam vero illa permutatio literae ր in ն in causa fuit, cur haec Adjectiva subinde etiam ad normam nominis Հիմն in numero plurali et Instr. Sing. flecterentur. cf. բարձր Instr. բարձու et բարձամբ, Pl. բարձունք, բարձանց, բարձամբք.

Sed non omnia Adjectiva in ր praecedente aliâ consonante exeuntia hanc declinationem sequuntur; pauca enim, uti Համր Gen. Համեր ad secundam declinationem pertinent.

Nomina, quae consanguinitatem exprimunt, nempe Հայր i. e. *pater*, մայր i. e. *mater*, եղբայր i. e. *frater*, cum compositis suis, e. g. Հօրեղբայր i. e. *πατραδελφος*, մօրեղբայր i. e. *μητραδελφος*, *avunculus*, etc. hanc quidem declinationem sequuntur, sed multum ab ea deflectunt; atque flexio eorum haec est:

	Singularis.	*Pluralis.*
Nominat.	մայր	մարք
Gen. et Dativus.	մաւր s. մօր	մարց cf. Հարանց
Accusat.	զմայր	զմարս
Ablativ.	'ի մաւրէ s. 'ի մօրէ	'ի մարց cf. 'ի Հարանց
Instrum.	մարբ	մարբք cf. Հարամբք

In his nominibus formae մաւր s. մօր, 'ի մաւրէ s. 'ի մօրէ contractae sunt ex մայուր, 'ի մայուրէ cf. pag. 86., sed in Instr. Sing. et omnibus numeri pluralis casibus ejectâ vocali flexionis ու ob literam in fine accedentem cf. supra pagg. 70 et 76. diphthongus այ in simplicem vocalem ա transiit; atque in voce հայր in casibus obliquis numeri pluralis praeter formam հարց, հարբք, alia quoque flexio ex nomine այր, *) quocum cognata videbatur, huc translata est. cf. արանց et հարանց — արամբք et հարամբք.

DECLINATIO SEXTA.

Char. ա et ի.

Sextae declinationi, quae flexionem primae cum tertiae declinationis flexione ita conjungit, ut in Instr. Sing. et casibus obliquis numeri pluralis primam, in reliquis casibus tertiam declinationem sequatur, pleraque omnium nomina accensentur, eaque tam primitiva quam derivata et composita. E derivatis huc pertinent imprimis ea, quae in ակ, իկ, ուկ, ան, կան, րան, ւոր, որդ, ոց, ու, ող s. օղ desinunt; porro nomina adjectiva praesertim ac gentilia in եայ, ac denique nomina multa maximam partem substantiva in literam Ն praecedente aliâ consonante exeuntia.

Nomina in եայ desinentia, cujus loco saepius seriori certe tempore էայ scribebatur, tertiae pro-

*) Vide supra pag. 132.

prie declinationi adnumeranda sunt. Nam diphthongo sive triphthongo եայ in է mutatâ terminationem ի per omnes casus obliquos utriusque numeri multa eorum accipiunt; alia vero haud pauca in numero plurali triphthongum illam retinent, seu in diphthongum եա commutant; alia denique utramque flexionem adsumunt *) cf. երեքօրեայք Gen. երեքօրէից — հայկազնեայք Gen. հայկազնեայց et հայկազնեաց — այծեայք Gen. այծեայց et այծէից — atque, quae triphthongum retinent, եայց in Gen. Plur. scribuntur pro եայից, ut e voce ապագայք Gen. ապագայից et ապագայց elucet. Sed, quum litera յ sec. pag. 31. sq. serius fortasse non clare pronunciabatur, pro triphthongo եայ diphthongus եա haud raro scripta est, unde factum est, ut haec nomina primae declinationis speciem ae flexionem prae se ferant.

DECLINATIO SEPTIMA.

Char. ա et ո.

Declinatio septima eaque ultima nomina com-

---

*) A voce դուզնաքեայ repetitur quoque tertia sive quarta flectendi ratio, quum et formae դուզնաքւոյ et դուզնաքոյ in Gen. Sing. reperiantur. Eae quidem a Nominat. դուզնաքի oriundae videntur; veruntamen non absonum esset, in his formis transitum declinationis sextae in septimam statuere, quum casus obliqui numeri pluralis in utraque declinatione terminationem եաց, եաւք seu եօք habeant; atque ita nomina sextae cum nominibus septimae declinationis facillime confundi poterant.

prehendit maximam partem derivata et in vocalem ի desinentia, quae in numero plurali et Instr. Sing. plerumque primam, in reliquis vero casibus obliquis numeri singularis quartam declinationem sequuntur. Sed non omnia nomina in ի exeuntia ita flectuntur; immo vero jam supra pag. 82. vidimus, multa, ac praesertim monosyllaba quartam declinationem ubique sequi; atque alia porro haud pauca modo hanc modo illam flexionem servant. e. g. որդի Gen. որդւոյ et որդոյ Gen. Pl. որդւոց et որդեաց — կարասի Instr. կարասեաւ et կարասւով — սնոտի Gen. սնոտւոյ Instr. Pl. սնոտեաւք et սնոտւովք.

Nonnulla nomina huc pertinentia, ut jam supra pag. 107. dictum est, in Dat. Sing. literam ջ saepius adsumunt, quam in Ablat. Sing. plerumque retinent; cf. եկեղեցի Dat. եկեղեցւոջ et եկեղեցւոյ Abl. յեկեղեցւոջէ et յեկեղեցւոյ — տարի Dat. տարւոջ et տարւոյ Abl. 'ի տարւոջէ et 'ի տարւոյ — atque in Instr. Plur. terminationem իւք omissâ vocali ա hîc illic pro terminatione եաւք reperimus, e. g. կարճեաւք et կարճիւք — սնոտւովք, սնոտեաւք et սնոտիւք.

Nomen irregulare hujus declinationis est կին, i. e. *mulier*, quod, licet valde dissimile videatur, flexionem tamen primae cum quartae declinationis flexione itidem conjungit; atque declinatio ejus haec est:

	Singularis.	*Pluralis.*
Nominat.	կին	կանայք
Gen. et Dativus	կնոջ	կանանց et կանաց
Accusat.	զկին	զկանայս
Ablativ.	՚ի կնոջէ	՚ի կանանց
Instrum.	կնաւ et կանամբ	կանամբք

Eâdem ratione flectuntur quoque nomina composita, ut տանտիկին Gen. տանտիկնոջ Nom. Pl. տանտիկանայք — միակին Gen. միակնոջ — sed in aliis vocibus litera ա syllabae radicalis in Instr. Sing. et numero plurali ejicitur. cf. տիկին Instr. տիկնաւ et տիկնամբ Plur. տիկնայք, տիկնանց, տիկնամբք.

Hanc flexionem ex duplici themate seu stirpe կին et կանն explicandam esse apparet. Non enim formae կանամբ, կանանց, կանամբք ab alia stirpe nisi a կանն repeti possunt, atque formas կանայք, զկանայս pro կանանք et զկանանս positas esse, jam supra pag. 60. ostendimus; forma vero կանայց sive a stirpe կան *) abjectâ literâ ն, sive eâdem ratione, quâ modo in declinatione sexta Հայկազնեաց pro Հայկազնեայց, a forma կանայց pro կանանց exorta est. In formis denique numeri singularis կնոջ, ՚ի կնոջէ, կնաւ vocalis ի see. pag. 79. ejicitur.

---

*) cf. supra pag. 133. ubi eodem modo duplicem stirpem այր s. ար, տէր s. տեառ, et արն s. առն, et տեարն s. տեառն accepimus.

DE ANOMALIIS NOMINUM.

Anomaliae nominum in lingua armeniaca, quae, ut supra pag. 90. vidimus, generis distinctione fere omnino caret, nonnisi duplicis generis esse, atque in numero tantum et casu seu declinatione locum habere possunt. Pertinent huc

1) *Heteroclita*, quae varias declinationes sequuntur, atque modo simul in utroque numero, sive in singulari tantum aut plurali, modo in singulis casibus, sive in duobus numeris variâ ratione flectuntur. Exempla hujus rei in una quaque declinatione jam attulimus, atque declinationes, quas mixtas diximus, nonnisi ejusmodi nomina comprehendunt. — Nonnulla nomina pro varia flexione variam notionem accipiunt. cf. այր Gen. առն, *vir*, sed այր Gen. այրի, *caverna* *) — գայլ Gen. գայլոյ, *lupus*, sed գայլ Gen. գայլի, *certum quoddam tormenti genus, quod freni instar ori hominum imponebatur* — գեղ Gen. գեղոյ, *pulchritudo*, sed գեղ **) Gen. գեղի, *vicus* — մայր Gen. մաւր s. մօր, *mater*, sed մայր Gen. մայրի, *pinus, cedrus* — որթ Gen. որթոյ, *vitis*, sed որթ Gen. որթու, *vitulus* — փող Gen. փողի, *collum*, sed փող Gen. փողոյ, *tuba, buccina* — օդ Gen. օդոյ, *aër*, sed օդ Gen. օդի, *calceus*.

2) *Defectiva numero*, quae aut in singulari tantum, aut in plurali modo occurrunt; atque

---

*) Sed illud nomen cum Sanscr. *nṛ*, hoc vero cum Lat. *antrum* cohaerere videtur.

**) sive potius գիւղ, cf. supra pag. 137.

a, Singularia tantum sunt primum nomina propria; sed, quum ea saepius tanquam appellativa adhibeantur, pluralem quoque numerum accipere possunt; deinde abstracta, atque materialia, si nil nisi materiem indicant, uti արծաթ, *argentum* — երկաթ, *ferrum* — ոսկի, *aurum* etc. *b, Pluralia tantum* sunt nomina populorum, aliaque haud pauca. cf. աղօթք Gen. աղօթից, *preces* — դժոխք Gen. դժոխոց, *inferi* — բարք Gen. բարուց, *mores* — ալիք Gen. ալեաց, *undae*. — Alia vero nomina in plurali numero aliam atque in singulari notionem adsumunt, uti դի Gen. դիոյ *) *cadaver*, sed դիք Gen. դից Instr. դիօք et դիովք, *dii ficti*.

3) *Defectiva casu*, quorum sola Nominativi forma in usu est. e. g. գոչելն, լալելն, կայթելն, Ճռչելն, շաչելն, շշնչելն, քրթմնջելն etc. veruntamen, ubi orationis nexus flexionem necessario poscit, ad normam nominum in ումն desinentium flectuntur. Alia vero nomina, maximam partem primitiva, indeclinabilia sunt, si tanquam substantiva adhibentur, flectuntur vero, ubi tanquam adjectiva usurpantur, e. g. ազատ, ընիկ etc.

DE ADJECTIVIS.

Nomina adjectiva eandem quam substantiva habent flexionem; atque in his quoque praeterea,

---

*) Sed legitur quoque eodem sensu դիոց et զդիս, licet in numero plurali discriminis causa դիականք etc. plerumque scriptum reperiatur.

quod substantivis praeposita, ut infra in syntaxi videbimus, plerumque non flectuntur, haud pauca indeclinabilia reperiuntur, eaque vel primitiva vel derivata, vel composita, ac talia praesertim, quae multis syllabis constantia haud facile pronunciantur. e. g. *զուրկ*, *խիտ*, *համակ*, *աղաղուն*, *նկարէն*, *ուրախ*, *պատիր*, *տրտում*, *լայնատարր*, *խուատարասանունդ*, *ընդմէջնաշաւիղ*, *հրաշագնին*, *շրթնաշղթայաշար*, *սաղարթափթիթ*, *փքոցուռոյց* etc.

Gradus comparationis exprimendi una tantummodo forma apud Armenios reperitur, *գոյն* nempe *), quae *Comparativum* designat. Ea cum nomine *գոյն* **), quod *colorem* significat, licet primo adspectu ita videatur, minime cognata est, sed potius ad formam sanscritam *îjâns*, *îjân* ***), respicit, quae in lingua latina in *ior*, in lingua graeca vero in forma *ιων* proprie *jôn* pronunciandâ reperitur. Atque haec, quae apud Graecos cernitur forma, formae armeniacae *գոյն* simillima est, quippe quae, ut supra pag. 32.

*) In Grammatica quidem Dionys. §. 13. pag. 32. alia quoque Comparativi forma *գին*, cf. *ուժգին* etc., atque duae Superlativi terminationes *եղ* et *լի*, cf. *յամրեղ*, *սքանչելի* etc., afferuntur; sed in his nihil comparationis inest.

**) cf. Arab. لون. Sed notari debet, hoc nomen eodem modo cum nominibus substantivis, cum pronominibus, atque adeo cum adjectivis, quae colorem indicant, conjungi. cf. *ոսկեգոյն*, *երկնագոյն*, *հրագոյն* — *այսգոյն*, *որգոյն* s. *որգոն* — *կանաչագոյն*, *կարմրագոյն*, *սպիտակագոյն*.

***) cf. Bopp vergl. Grammat. zweite Abth. §. 298. p. 407. sqq.

demonstratum est, eandem pronunciationem ab initio habuerit. Ubi ea additur, inter hanc et Adjectivum plerumque sec. pag. 75. litera ա inseritur; in Adjectivis vero plurium syllabarum, quae in literam ի exeunt, ա inseri non solet, sed tantummodo ի mutatur in ե. cf. լաւագոյն a լաւ — մեծագոյն a մեծ — գեղեցկագոյն sec. pag. 79. a գեղեցիկ — բազմագոյն sec. pag. 85. a բազում — լիագոյն a լի — բարեգոյն a բարի etc.

Flectuntur hi Comparativi secundum declinationem tertiam. e. g. առատագոյն Gen. առատագունի, Instr. առատագունիւ.

Sed, tanquam si seriori demum tempore haec forma in linguam irrepserit, non ubique ea usurpatur; immo potius haud raro ejus loco comparationem Armenii, ut infra in syntaxi videbimus, Semitarum more per circumlocutionem exprimunt.

Superlativum, quum forma ejus peculiaris non existat, sive per formam Comparativi, sive per circumlocutionem indicant, atque voces nonnullae, quae indicationi ejus inserviunt, Adjectivo praepositae cum eo ita componuntur, ut unam vocem compositam efficiant, nempe ամէն = *omnis* — գեր = *valde* — մեծ = *magnus* — եռ s. երեք = *tres.* e. g. ամենագէտ — *omniscius* — ամենիմաստ — գերամաքուր — մեծավայելուչ — մեծափառագոյն — atque etiam ամենագերագոյն — երեքփափաքեան — եռամեծ — երրերգելի etc. cf. lat. *ter* amplus, *ter* felix, gall. *três* heureux etc. Aliae vero voces, ut յոյժ, կարի, սաստիկ, անհնարին

ամենևին, երկիցս etc., quae itidem Superlativos efficiunt, Adjectivis quidem praeponuntur, sed conjungi non possunt. — Denique ut apud Hebraeos, ita quoque apud Armenios Superlativus saepissime per repetitionem ejusdem Adjectivi exprimitur, atque haec duo haud raro etiam in unam vocem coalescunt. cf. *ծանր ծանր* i. e. *gravissimus*, cf. hebr. טוב טוב — *մեծամեծ* — *չարաչար* — *դառնադառն* etc. insertâ literâ *ա* sec. pag. 75.

DE NUMERALIBUS.

a) Cardinalia sunt sequentia:

մի, եզ, մին, մէն, մու = 1.
երկ, երկու, երկուք = 2.
եռ, երր, երեք = 3.
չորք, չորս, քառ = 4.
հինգ, հինգք = 5.
վեց, վեցք = 6.
եւթն, իւթն, եաւթն, եօթն, եւթանք = 7.
ութ, ութք = 8.
ինն, ինունք = 9.
տասն, տասունք = 10.
մետասան, մետասանք = 11.
երկոտասան = 12.
երեքտասան = 13.
չորեքտասան = 14.
Հնգետասան = 15.
վեշտասան = 16.
եւթնևտասն, եւթնուտասն, եւթնուտասանք = 17.
ութևտասն, ութուտասն, ութուտասանք = 18.
իննևտասն, իննուտասն, իննուտասանք = 19.
քսան = 20.
քսան և մի = 21.
քսան և երկու = 22.
երեսուն = 30.
երեսուն և երեք = 33.
քառասուն = 40.
քառասուն և չորք = 44.
յիսուն = 50.
յիսուն և հինգ = 55.
վաթսուն = 60.
վաթսուն և վեց = 66.

եօթանասուն = 70.	երեքհարիւր = 300.
եօթանասուն և եօթն = 77.	չորեքհարիւր = 400.
ութսուն = 80.	հինգհարիւր = 500.
ութսուն և ութ = 88.	վեցհարիւր = 600.
իննսուն = 90.	եօթնհարիւր = 700.
իննսուն և ինն = 99.	ութհարիւր = 800.
հարիւր = 100.	իննհարիւր = 900.
հարիւր և մի = 101.	հազար = 1000.
երկու հարիւր, եր-կերիւր = 200.	երկու հազար = 2000.
	բիւր, բեւր, բիւրք = 10,000.

Cardinalia մի et մու, atque մին et մէն, quae a մի additâ literâ pronominali ն exorta sunt, cum graeco μια, եղ vero sec. pag. 23. cum sanskr. êka cognata esse videntur. In flexione ea quartam declinationem fere sequuntur, atque ita quidem: մի — միոյ, միոջ, միում, 'ի միոյ seu 'ի միոջէ, միով. եղ — եղոյ seu եղոյր, յեղոյ seu յեղոջէ seu յեղէ. Reliqua tria, nempe մու, մին, մէն plerumque omni flexione carent; sed tamen occurrunt a voce մու formae Gen. մոյր Dat. մում cf. supra pag. 83. nota **) — a մին forma Dat. մինում — a մէն vero Gen. et Dat. մենի seu մէնի Instr. մենիւ seu մէնիւ secundum tertiam declinationem.

Cardinalia երկու et երր, եռ, երեք nullam cum aliis linguis cognationem habere, sed ex ipsa lingua armeniaca explicanda esse videntur. Dixerim enim, ea enata esse e numerali եղ, cujus litera ղ, quae sec. pag. 19. leniori ս respondet, eâdem ratione, quâ gothicum *z* in lingua germ., et arm. ս (vide pag. 61.) in ր abierit. Huic formae եր

addita est in priori terminatio numeri dualis կու, quae in hac sola voce *) legitur, atque inde formatum երկու, **) cui in flexione terminationes casuum numeri pluralis adjungebantur: երկուց, երկուս, երկուք. Sed forma Instr. facile pro forma Nominativi haberi potuit, quâ de causâ երկուք pro utroque casu usurpatum legitur. Numerale երկ, cujus etiam Genitivus երկկից occurrit, e forma antiquiori երկու decurtatum est.

Numeralia երր, եռ, երեք ex eadem forma եր orta puto, atque ita quidem, ut terminationes numeri pluralis additas habeant, atque proprie *unitatem in numero plurali* sive *plures unitates* significent. Jam vero in voce երեք praeter terminationem ք litera ե sec. pag. 76. inserta est, in vocibus երր vero seu եռ, quae orthographice tantum invicem diversa sunt, a terminatione եր (vide supra pag. 94.) vocalis ե abjecta est, atque երր ideo sive եռ pro երեր scribebatur. — Forma երր nonnisi in compositione reperitur, atque եռ fere nunquam flectitur; legitur tamen Genitivus եռի — երեք vero tertiam declinationem ubique in flexione sequitur; flectitur enim երից, զերիս, երիւք, atque loco formae երեք in casu Nom.

*) Quemadmodum in lingua lat. in vocibus *ambo* et *duo*.

**) In Grammat. Dionys. §. 24. p. 70. sqq. hic numerus quidem verbis armen. vindicatur; sed exempla ejus desunt. At memoratu dignum est, vocalem ո eidem in omnibus temporibus et modis ibi tribui.

subinde etiam երիս, cf. supra pag. 115., scriptum est.

In nominibus numerorum a *quatuor* usque ad *decem* cognatio linguae armeniacae cum sanscrita etc. statim elucet. Ac nomini quidem sanscr. *tshatur* apud Armenios duo nomina չորք s. չորս, *) et քառ respondent, quae ad tertiam declinationem, illud in numero plurali, hoc vero in singulari numero, flectuntur: չորք, չորս, չորից, չորիւք — քառ, քառի, քառիւ. In utroque litera *t* ejecta est, ut in voce մայր i. e. *mater* etc., atque in Card. չորք ejectâ vocali *a* **) eaedem literae, quae in sanscr. *tshatur*, apparent, iisque tantum terminatio numeri pluralis addita est; in Card. vero քառ, ubi gutturalis eaque aspirata palatinae *tsh* respondet, ejectâ literâ *u* vocalis ա remansit, et in litera ռ, eâdem ratione, quâ modo vidimus in voce եռ, ***) praeter literam ր radicalem terminatio pluralis եր latere mihi videtur.

Cardinale հինգ, հինգք cum sanscr. *pantshan*, lat. *quinque*, graec. πεντε cognatum esse e comparatione nominis հայր i. e. *pater*, *pitṛ* etc. cf. pag. 26. elucet. Ut in linguis europaeis cum sanscrita cognatis hîc quoque litera ultima *n* vocis *pantshan* non reperitur, atque praecedens vocalis ա ex indole linguae armeniacae et ex

*) Vide supra pag. 115.

**) quoniam ea sec. §. 10, 5. pag. 75. vocalem ա immediate praecedere non potuit.

***) cf. pag. praec.

analogia reliquorum Cardinalium ab 1—9, quae monosyllaba sunt, abjecta est; literae *tsh* vero in hac voce gutturalis eaque sec. pag. 51. §. 4, 1. media respondet, ac denique vocalis ա in ի transiit. In flexione hoc nomen itidem ut չորք, քառ tertiam declinationem sequitur, et in utroque numero occurrit; *) Հինգ, հնգի, **) 'ի հնգէ, հնգիւ, Հինգք, հնգից, հնգիւք; sed legitur quoque հնգաւ, հնգաց, հնգաւք s. հնգօք secundum declinationem sextam.

In nomine վեց quidem Armeniorum lingua a reliquis omnibus multum discedere videtur, attamen ex analogia aliorum Cardinalium, et, quum ex ipsa lingua armeniaca explicari non possit: jam supra †) hoc nomen cum aliis linguis comparavimus. Flectitur ut Cardinale praecedens ad tertiam declinationem et in utroque numero: վեց, վեցի, վեցիւ, վեցք, վեցից, վեցիւք.

Nomen եւթն sec. pag. 87. variâ ratione scribitur, sed formae եաւթն s. եօթն recentiores sunt, atque իւթն itidem ††) serioris originis esse arbitror. Jam vero եւթն formae sanscritae *saptan* et latinae *septem* apprime respondet, et ultimam quidem literam nasalem retinuit, sed sibilantem initialem abjecit, atque literam surdam eamque tenuem *p*

---

*) Ut *pantshan* in lingua sanscrita. cf. Bopp vergl. Gr. p. 442.

**) Vide pag. 79.

†) cf. pagg. 18. 19 fin. sq. et 23.

††) cf. supra pag. 42.

in sonoram levi aspiratione prolatam ւ immutavit, unde simul factum est, ut *) tenuis *t* in aspiratam թ transiret. Flectitur in utroque numero, atque modo ad primam, modo ad tertiam, modo denique ad sextam declinationem; reperiuntur enim formae casuum: եւթին, եւթան, եւթնի, եւթամբ, եւթեամբ, եւթիւ, եւթեանք, եւթանք, եւթանց, եւթեանց, եւթնից, եւթեամբք, եւթամբք; unde cernitur, literam ն finalem etiam, licet rarissime, abjici, atque, ubi retineatur, vocalem flexionis ei modo anteponi, modo postponi.

Cardinale ութ cum formis sanscr. *ashṭan, ashṭâu*, lat. *octo*, graec. ὀκτω cognatum terminationem *an, âu*, s. *o* amisit, atque simili ratione, quâ modo in voce վեց **) vidimus, pro litera sibilante *sh*, quae in lingua sanscr. legitur, labialem ւ habet, quam sec. pag. 59., ut in voce եւթն, aspirata թ sequi debuit. In flexione tertiam declinationem semper sequitur, et utrumque numerum retinet: ութ, ութի, ութիւ, ութք, ութից, ութիւք.

Cardinale ինն graecó ἐννεα prae caeteris simillimum videtur, atque formam monosyllabam servans vocales εα in fine abjecit. In singulari numero, ubi vocalis flexionis in fine additur, tertiam declinationem, in plurali vero, ubi vocalis plerumque inseritur, rarius affigitur, modo pri-

*) cf. pag. 59.

**) Sed ibi վ pro ւ scriptum est, quoniam in initio vocum litera ւ fere nunquam legitur. cf. pag. 56.

mam, modo tertiam, modo denique quintam declinationem sequitur: ինն, ըննի, *) ըննիւ, իննունք, իննունս **), իննունց, իննանց, իննուց, ըննից, իննամբք, ինամբք, իննուք, ըննիւք.

In nomine տասն, quod formae sanscritae *daçan* respondet, abjectâ vocali posteriori, quae tantum in vocibus compositis redit, litera ս pro palatina *ç*, atque tenuis տ pro media *d* positae sunt. Flectitur hoc ad sextam declinationem: տասն, տասին, տասամբ, տասունս, տասանց, տասամբք.

In Cardinalibus ab 11—16. numeri minores sine copula և interjecta nomini տասն praefiguntur, atque մետասան cf. pag. 75. scribitur pro միատասն sive միատասան — երկոտասան cf. pagg. 84 et 86. pro երկուտասան — չորեքտասան pro չորքտասան cf. pag. 76 — հնգետասան pro հնգտասան cf. p. 75 sq. — վեշտասան pro վեցտասան sec. pag. 63. Omnia haec tertiam declinationem sequentia in utroque numero leguntur, e. g. մետասանի, մետասանիւ, մետասանք, մետասանից, մետասանիւք et մետասանօք ***).

Cardinalia a 17—19 insertâ copulâ և seu ու breviorem formam տասն recipiunt, ac scribuntur itaque: եւթնևտասն sive եւթնուտասն — ութևտասն sive ութուտասն — իննևտասն sive իննուտասն. In his, quum vera compositio locum non habeat, utrumque nomen flecti potest; ac reperitur qui-

*) Vide supra pag. 79.
**) cf. pag. 140. sq.
***) cf. pag. 137.

dem եւթանց և տասանց, ութից և տասանց etc. veruntamen saepius conjuncta manent, atque flexionem nominis տասն sequentia ad sextam, seriori vero tempore ad tertiam declinationem flecti solent. cf. եւթնևտասանին, եւթնևտասանիւք, ութևտասանաւք, իննևտասանուք, իննևտասանց, ութուտասանից etc.

Cardinalia a 20—90 eâdem plane ratione, quâ in lingua sanscrita etc. *) e forma nominis տասն per aphaeresin literarum տա decurtatâ praepositis Numeralibus a 2—9 enata sunt; atque քսան quidem pro երկու-սան nonnisi literam կ **) eamque ob sequentem ս, ***) ut videtur, in ք mutatam retinuit. Quae sequuntur Cardinalia a 30—90 formam սուն sec. pag. 74. §. 10, 3. pro տասն recipiunt, et երեսուն scribitur pro երեքսուն — քառասուն sec. pag. 75 — յիսուն pro հինգսուն sec. pag. 51. §. 4, 4. et pag. 69 — վաթսուն sec. pag. 63. pro վեցսուն — եւթանասուն pro եւթնսուն sec. pag. 75 — atque ութսուն et իննսուն sine ulla mutatione. Flectuntur haec omnia ad tertiam declinationem, atque ut praecedentia in utroque numero leguntur: քսանի, երեսնիւ sec. pag. 85. — յիսնից et յըսնից cf. pag. 79. — իննսնիւք et ըննըսնիւք etc. Quodsi haec cum Nume-

---

*) cf. Bopp vergl. Grammat. §. 320. Anm.

**) Nempe in syllaba կու cf. pag. 152. notio dualis atque duplicitatis inest, ac fortasse ea cum sanscr. *dva* lat. *duo* cognata est. cf. Pron. դու Gen. քո.

***) cf. nomina propria Քսերքսէս, Հռիփսիմէ, սամփսոն etc.

ralibus minoribus componuntur, ea postposita atque per Copulam և cum his conjuncta sive sola flectuntur, sive etiam flexio in utroque locum habet; dicitur enim քսան և մին, վաթսուն և չորից, atque քառասնից և հնգից, ութսնիւք և վեցիւք etc.

Nomen հարիւր nullam cum aliis linguis cognationem habet, atque origo ejus prorsus latet. Veruntamen, si conjecturâ uti licet, equidem dixerim derivandum esse ab եր, atque uno eodemque modo, quo Cardinale երր (երեք) a forma ejus plurali երեր esse oriundum. Pro երեր deinde երիւր scriptum est cf. pag. 135. Nota *), quod cernitur in voce երկերիւր *), atque hujus loco porro արիւր, cf. չորեքարիւր I Sam. 30, 9., ac denique sec. pag. 68. հարիւր positum, quod quartam declinationem in flexione sequitur: հարիւրոյ, հարիւրոց **). Significatio hujus vocis igitur eadem proprie esset, quae Cardinalis երր, երեք, nempe „*unitates plures*“ seu „*plura*,“ „*multa*.“

In numeris centenariis a 200—900 Numerale, quod minorem numerum exprimit, sine ulla mutatione praefigitur, ***) atque flexio sive in

*) Sed cf. supra pag. 76.

**) Sed reperitur quoque հարիւրի, հարիւրից, հարիւրօք.

***) Excipiendum tamen est nomen, երկերիւր pro երկու երիւր seu երկու հարիւր cf. pagg. 85. et 76.; cujus loco etiam scribitur երկու հարիւր; atque flexio ejus est:

utroque, sive in posteriori tantum locum habet. *) e. g. չորից հարիւրոց et չորեք հարիւրոց. Sin vero Numeralia minora centenariis adduntur, nonnisi ultimum idque minimum flectitur. e. g. հարիւր յիսուն և երիւք, հարիւր և քսանից.

Numerale հազար cum sanscr. *sahasra*, zend. *hazaṇra*, pers. هزار cognatum esse, jam supra pag. 22. vidimus **). Flectitur hoc plerumque ad sextam, rarius ad tertiam declinationem: հազարի, հազարաւ, հազարաց, sive հազարից, հազարիւք. — In reliquis Cardinalibus tam componendis quam flectendis eadem lex, quae in centenariis observatur, nempe երկու հազար, երկու հազարաց et երկուց հազարաց — քսան հազարաց — հազարաց չորից — չորեք հարիւր հազարօք — երեքհարիւր հազար, և ինն հազար, և հինգ հարիւր etc.

Denique Cardinale բեւր seu բիւր, quod supra pag. 43. cum graec. *μυριοι* comparavimus, sive tertiam, sive quartam, sive etiam quintam declinationem in flexione sequitur: բեւրի, բեւրիւ — բեւրոյ, բեւրոց, — բեւրու, բեւրուց, բեւրուք.

երկերիւրոյ sive երկու հարիւրոյ, seu denique երկուց հարիւրոց.

*) Nonnunquam vero etiam Numerale, quod minorem numerum indicat, postponitur, atque tum utrumque flectitur. e. g. հարիւրոց հնգից.

**) Sed ibi per errorem typographi verba „S. *sahasra* Z. *hazaṇra*“ duobus lineis ante posita sunt.

b) Ordinalia sunt haec:

մի — Նախ, Նախկին, Նախնի — առաջին, առաջնորդ, առաջներորդ = *primus.*

երկրորդ, երկեր = *secundus.*

երրորդ, երեր = *tertius.*

քառորդ, չորրորդ, չորեր = *quartus.*

հինգերորդ = *quintus.*

վեցերորդ = *sextus.*

եւթներորդ = *septimus.*

ութերորդ = *octavus.*

իններորդ = *nonus.*

տասներորդ = *decimus.*

մետասաներորդ, տասներորդ առաջներորդ = *undecimus.*

երկոտասաներորդ, տասներորդ երկրորդ = *duodecimus.*

երեքտասաներորդ, տասներորդ երրորդ = *decimus tertius.*

չորեքտասաներորդ, տասներորդ չորրորդ = *decimus quartus.*

հնգետասաներորդ, տասներորդ հինգերորդ = *decimus quintus.*

վեշտասաներորդ, տասներորդ վեցերորդ = *decimus sextus.*

եւթնևտասներորդ, եւթնուտասներորդ, տասներորդ եւթներորդ = *decimus septimus.*

ութևտասներորդ, ութուտասներորդ, տասներորդ ութե-րորդ = *decimus octavus.*

իննևտասներորդ, իննուտասներորդ, տասներորդ իններորդ = *decimus nonus.*

քսաներորդ = *vicesimus.*

քսաներորդ երկրորդ, քսան և երկրորդ.*) = *vicesimus secundus.*

երեսներորդ = *tricesimus.*

երեսներորդ երրորդ, երեսուն և երրորդ = *tricesimus tertius.*

քառասներորդ = *quadragesimus.*

քառասներորդ չորրորդ, քառասուն և չորրորդ = *quadragesimus quartus.*

յիսներորդ = *quinquagesimus.*

յիսներորդ հինգերորդ, յիսուն և հինգերորդ = *quinquagesimus quintus.*

վաթսներորդ = *sexagesimus.*

վաթսներորդ վեցերորդ, վաթսուն և վեցերորդ = *sexagesimus sextus.*

եւթանասներորդ = *septuagesimus.*

եւթանասներորդ եւթներորդ, եւթանասուն և եւթներորդ = *septuagesimus septimus.*

ութսներորդ = *octogesimus.*

ութսներորդ ութերորդ, ութսուն և ութերորդ = *octogesimus octavus.*

իննսներորդ = *nonagesimus.*

իննսներորդ իններորդ, իննսուն և իններորդ = *nonagesimus nonus.*

հարիւրերորդ, հարիւրորդ = *centesimus.*

երկերիւրերորդ = *ducentesimus.*

հազարերորդ = *millesimus.*

Ordinale *primus* variis rationibus apud Armenios exprimitur; modo enim Cardinale simplex

---

*) cf. Mos. Chor. lib. II. cap. 1. pag. 152. ed. Ven.

Ա ejus vicem gerit, modo nomen peculiare adhibetur, idque quemadmodum in plerisque aliis linguis, non e Cardinali formatum est, sed aliunde repetitum; նախ enim proprie significat „*ante*“ Adv., atque „*id, quod ante est,*“ ergo „*primum*“ *), et ab hac voce formata sunt Adjectiva նախկին, նախնի. Porro առաջին derivandum ab առ + աջ seu առ աջի cum Pronomine affixo ն **) denotat „*id, quod ad dextram est, quod coram, in conspectu positum est*“. Flectitur նախկին ad tertiam declinationem, Gen. նախկնի sec. pag. 79., sed նախնի ad quartam et septimam: նախնւոյ et նախնոյ, 'ի նախնէ et 'ի նախնումէ cf. pag. 139. նախնեաց — et առաջին ad quartam: առաջնոյ, առաջնում, յառաջնոյ et յառաջնմէ, առաջնով etc. Sed, ut hoc nomen formam reliquis Ordinalibus similem acciperet, serius terminatio որդ accessit, quam a nomine որդի i. e. *filius* ***) derivandam esse dixerim. Ita ortum est առաջնորդ i. e. *filius primi, primus;* in forma vero առաջներորդ nomini priori terminatio numeri pluralis obsoleta եր cf. pag. 94. addita est, ita ut proprie significet *filium primorum.* Eandem formam reliqua Ordinalia retinent ejectâ tantum literâ ե cf. pag. 77. in prio-

*) ut graec. πρωτος a Praep. προ, cf. Bopp. vergl. Grammat. §. 321. p. 458.

**) sive a Subst. առաջ cum terminatione Adject ին.

***) cf. այգորդ i. e. *vindemiator* ab այգի i. e. *vinea,* etc. ex more Semitarum, qui vocibus בן, ابن simili ratione utuntur.

ribus: երկրորդ pro երկերորդ seu երկուերորդ cf. pag. 85. երրորդ pro երերորդ cf. pag. 152. չորրորդ pro չորերորդ cf. pag. 153. i. e. *filius duorum, trium, quatuor* pro *secundus, tertius, quartus.* Formae երիր, չորիր videntur mera Cardinalia esse, atque discriminis ergo scripta pro երեք, s. երք, եռ-, et չորեք, atque ex eorum analogia, quum origo hujus formae non amplius pateret, deinde formatum est երկիր.

Ordinalia ab 11—19 tanquam composita in posteriori tantum membro, ut մետասաներորդ = *undecimus*, sive in utroque, ut տասներորդ չոր-րորդ = *decimus quartus*, terminationem որդ accipiunt, atque similiter in Ordinalibus compositis ab 21—99. utrumque reperitur, քսան և չորրորդ Mos. Chor. II., 1. et քսաներորդ հինգերորդ Nehem. 6, 15.

In flexione Ordinalia plerumque sextam, rarius tertiam declinationem sequuntur, e. g. երկ-րորդի, երկրորդաւ, երկրորդաց, երկրորդաւք, atque etiam երկրորդիւ, երկրորդից; et ubi duo conjuncta sunt, utrumque flectitur. e. g. երեսներորդի երրորդի, 'ի քառասներորդէ չորրորդէ, atque in Euseb. Chron. tom I. p. 152. ed. Ven. յամին հինգերորդի եօթա-նասներորդի, et ibidem etiam յեօթանասնէ հինգերորդէ.

E Cardinalibus porro alia quoque Numeralia formantur; ac primum quidem *a*, addito suffixo ակ sive եակ*) nomina abstracta, e. g. միակ =

*) cf. sanscr. suff. *aka* s. *ka*, quod Collectiva aliaque nomina tam substantiva quam adjectiva format.

unum, *unitas*, երրակ seu երրեակ = *trinitas*, et sic porro երկակ s. երկեակ — չորեաք s. քառեակ — հնգեակ, եւթանասնեակ etc. Haec sextam declinationem sequuntur, e. g. երկակի, երկակաւ — երրեկի cf. pag. 77. երրեկաց etc. atque saepius pro simplicibus Cardinalibus usurpantur. Ex Genitivo horum Numeralium porro Adverbia formantur, qualia sunt, մէակի s. եզակի = *separatim*, *singulariter*, երկակի = *bifariam*, քառակի = *quadrifariam*.

Deinde *b*, ex Cardinalibus prodeunt *Multiplicativa*, quae duas terminationes admittunt, պատիկ nempe et կին, e. g. երկպատիկ et կրկին *) pro երկկին — երեքպատիկ, եռապատիկ et երեքկին — չորեքպատիկ, քառապատիկ et չորեքկին i. e. *duplex*, *triplex*, *quadruplex*. Forma պատիկ, quae ad sextam declinationem flectitur, originem ducit a պատ = *circum*, *circumdans*, *circumdatum*, *orbis*, *murus* etc. կին vero, quae praeter exempla modo allata non legitur, atque flexionis expers est, cum graeca terminatione κις in vocibus τετρακις, et sanscrita *śas* **) cohaerere videtur.

Tum *c*, e Cardinalibus oriuntur *Distributiva*, quae sive per solam repetitionem, ut apud Semitas, e. g. մի մի i. e. *singuli*, տասն տասն i. e. *deni* cf. Faust. Byz. pagg. 235. et 239. sive per Suffixum եան s. ին formae Cardinalium plurali additum exprimuntur. e. g. երկոքեան et երկոքին

*) literis euphoniae causa transpositis.

**) cf. Bopp vergl. Grammat. §. 324. p. 464.

cum terminatione plurali, cf. pag. 152 — երեքեան et երեքին — չորեքեան et չորեքին — եւթանեքեան et եւթանեքին e forma Nom. plur. եւթանք, cui litera ե sec. pag. 76. inserta est — երկոտասանեքեան et երկոտասանեքին. Origo hujus suffixi collatâ voce ամենայն Nom. Plur. ամենեքեան et ամենեքին videtur quaerenda esse in Pronomine demonstr. այն, quod numero plurali additum per metathesin literarum sonuit յան, ac deinde scriptum est եան, aut sine transpositione literâ ա modo ejectâ յ mutatum est in ի, atque ita enatum ին.

In flexione hae formae, licet ad quintam declinationem referendae sint, a regula tamen paullum deflectunt, atque declinationem Pronominum demonstr. սոյն, դոյն, նոյն sequuntur, e. g. երեքեան s. երեքին Gen. երեցուն s. երեցունց Acc. զերեսեան s. զերեսին *) Abl. յերեցունց Instr. երեքումբ s. երեքումբք, quibuscum conferantur formae Pronominis սոյն: Nom. Pl. սոքին Gen. սոցուն s. սոցունց Acc. զսոսին Abl. 'ի սոցունց Instr. սոքումբք. Apparet ex his, ob literam ն sec. pag. 74. §. 10, 3. vocalem ultimae syllabae in ու transiisse, atque notam numeri et casus saepius repetitam, quâ de re jam supra pagg. 96, 115. et 119 sq. diximus.

Adverbia numerorum sive solam Cardinalium seu Ordinalium formam reddere solent, eamque, sive in casu recto, e. g. երկու, երրորդ etc. i. e.

---

*) Reperitur quoque զերեքեան et զերեքին — զերեքեանս et զերեքինս, atque etiam զերեսինս.

secundo, tertio, sive in casibus obliquis, Genitivo nempe, vel Accusativo, qui casus, ut in lingua arabica, vere adverbialis dici potest e. g. երից, երիս i. e. *ter.* Hinc denique factum est, ut formis Genitivi Accusativi etiam character ս adderetur, unde Adverbia երկիցս, երիցս, հնգիցս i. e. *bis, ter, quinquies* etc. enata sunt. — Alia Adverbia, ut երկրորդաբար i. e. *secundo* etc., quum composita sint, hic transeamus.

CAPUT II.

DE PRONOMINIBUS.

Grammatici Armeniorum Pronominibus tantummodo accensent *personalia, demonstrativa, possessiva* atque *relativum*; reliqua vero omnia, *interrogativa* nempe, *indefinita, composita,* aliaque, quae notionem generalem habent, una cum *Numeralibus,* quum non certam quandam personam aut rem indicent, *nomina media* nuncupant. Nos vero exclusis Numeralibus, quae cum Pronominibus nihil commune habent, reliqua omnia Pronominibus adnumeranda censemus, atque etymologiae rationibus ducti tres eorum classes, *personalia* nempe, *demonstrativa* et *interrogativa* constituendas esse duximus, quibus caetera tantum non omnia tanquam derivata aut composita subjecta sunt. A *personalibus* enim dependent *possessiva,* a *demonstrativis,* quae multiformes apud Armenios apparent, atque cum *personalibus* cohaerent, alia iterum composita ac

Reciproca.	—	-իք
	—	-ք s.
Collectiva.	այլք	
	ամէնք	-ք
	ամենայնք	-նիւք s.
	ամենեքեան	քումբք [17])
	ամենեքին [1..]	
Correlativa.	այսպիսիք	-եաւք s.
		-եօք
	այսքանք	-նաւք [27]) s.
	(այսքանիք	-նօք
		-նեաւք s.
		-նեօք

3) cf. pag. 113. 4) cf. p. 115. 5) ... 18) cf. p. 115. 27) cf. p. 119.

UM.

'RONOMINUM.

S.

ccusativus.	Ablativus.	Instrumentalis.
զմեզ 5) զձեզ 5) զիւրեանս	'ի մէնջ 6) 'ի ձէնջ 6) յիւրեանց	մեւք s. մեօք 7) ձեւք s. ձեօք 7) իւրեամբք 3)
զիմս զքոյս	յիմոց 'ի քոց s. 'ի քոյոց	իմովք քովք s. քոյովք
զնոսա զայնս s. զայնոսիկ զնոյնս s. զնոսին	'ի նոցանէ 16) յայնց s. յայնցանէ 16) 'ի նոցունց	նոքաւք 17) s. նոքօք այնոքիւք 17) s. այնոքիմբք 17) նոքիմբք 17) s. նոքումբք 17)

d e e s t.

ո՞յս	յո՞յց	—
որս	յորոց	որովք

d e e s t.

ումանս	յումանց	ումամբք
ինքեանս	յինքեանց	ինքեամբք

derivata formantur, atque ab *interrogativis* Pronomina *indefinita* atque *relativum* originem ducunt.

§. 1. *Pronomina personalia.* Pronomina primae et secundae personae cum iisdem Pronominibus linguarum indico-europaearum multis modis cognata sunt. Atque Pronomen quidem primae personae in Nom. Sing. ես ejusdem originis, cujus sanscr. *aham* lat. *ego* graec. ἐγώ, *) terminationem *am*, *o*, *ω*, plane ut reliquae linguae europaeae abjecit. cf. goth. *ik*, litth. *asz*, slav. *az* **). In casibus obliquis earum omnium analogiam sequens literam մ characteristicam habet, quam in numero singulari vocalis ի praecedit, ut apud Graecos ε in formis ἐμου, ἐμοι, ἐμε. In Genitivo իմ nota casus deest, ut in forma sanscr. *mê*. In Dativi forma ինձ pro իմց cf. supra pag. 107. մ ob sequens ց in ն transiit, ***) ց vero sec. pag. 63. ob literam liquidam praecedentem, in ձ. Accusativi forma իս sive pro ես scripta est, ut hic casus a Nominativo distinguatur, sive potius pro իմս, ինս, ejectâ literâ ն sec. pag. 59., atque additâ in fine literâ ս, quae cum Praefixo զ cf. pag. 116. cognata in aliis vocibus Accusativo numeri pluralis propria est. In Ablativi et Instrumentalis formis ինէն, ինև, de quibus conferantur pagg. 109 et 113, litera մ itidem sec. pag. 56. sq. in ն mutata est. Exstat vero alia quoque Abla-

*) cf. supra pag. 22.
**) Vide Bopp. vergl. Grammat. §. 326. p. 467.
***) cf. pag. 56.

tivi forma, ինձէն, quae modo regulari cf. p. 109. a Dativo ինձ formata est; sed haec rarius atque sensu tantum adverbiali usurpata reperitur. — In numero plurali, in quo eadem litera radicalis մ retinetur, abjectâ literâ praepositâ ի, vocalis ե inter literam radicalem atque terminationem casuum inseritur. Hinc Nominativi forma oritur մեք; in Genitivo litera ր adsumitur, մեր, quae alibi, vide pag. 101. eidem casui numeri singularis propria est, in Dativo զ pro ց cf. pag. 116., atque eadem litera, cf. l. l., in Accusativo reperitur. Ablativus vero formam peculiarem մէնջ habet, quam ex inusitata forma singulari մէն additâ terminatione ց explicandam, atque igitur pro մէնց scriptam esse, jam supra pag. 118. diximus; atque ibidem etiam de altera forma մեզէն, quae ut ինձէն sensu modo adverbiali adhibetur, tanquam e Dativo մեզ atque terminatione Ablativi էն exortâ, disputatum est. Forma denique Instrumentalis մեւք itidem e forma inusitata singulari մեւ, adjectâ terminatione plurali ք, enata est; atque eadem seriori tempore, cf. supra pag. 120. in formam longiorem մեաւք s. մեօք transiit.

Pronomen II. pers. դու similiter atque ես terminationem *am*, quam linguae sanscr. et zend. servant, unâ cum reliquis omnibns linguis cognatis amisit, et literam mediam cf. p. 20. pro tenui recepit. In casibus obliquis numeri singularis litera gutturalis ք loco dentalis apparet, quâ in re lingua Armeniorum cum Semitarum linguis,

quae literam ת etc. in Pronomine hujus personae absoluto, כ vero etc. in Suffixis habent, mirifice consentit. In Genitivo forma քո sive pro քուո, *) cum terminatione Genitivi ո pro ոյ, sive, id quod magis placet, pro քու omissâ omni terminatione casus, quemadmodum modo in forma իմ vidimus, scripta est **). Forma Dativi քեզ ex hac Genitivi forma քո sive քու enata literam զ pro ց cf. p. 107. in fine additam habet, atque ob insertam vocalem ե literam ո sive ու sec. pag. 85. abjecit. Simili ratione forma Accusativi, quae a Dativo non differt, explicanda est, modo teneamus, literam զ in hoc casu ex eadem litera characteristica plerumque praefixâ hîc vero affixâ oriundam esse. Ablativus, ut in Pron. I. pers. duas formas habet, քէն nempe et քեզէն, quarum prior e Genitivo քո pro քու, abjectâ vocali sec. p. 85., posterior vero, adverbialiter tantum usurpata, e Dativi forma քեզ exorta, et in utraque Ablativi terminatio էն cf. p. 109. addita est. Instrumentalis քեւ similiter pro քոււ sive քոււ cf. pag. 113. scribitur. — Nominativus numeri pluralis aliter atque in Pron. I. pers. e Nominativo Sing. formatur cum additione notae hujus numeri et casus ք. Sed in casibus obliquis alia litera radicalis apparet, eaque non, ut in Pronomine I. pers. cum illa, quae in iisdem

---

*) cf. pag. 85.

**) Haud raro enim ո loco vocalis ու scribitur. cf. p. 86.

casibus singularis numeri reperitur, convenit, sed ձ est. Flexio prorsus eadem est, quae Pronominis I. pers., quare scribitur: ձեր, ձեզ, ձէնջ et ձեզէն, ձեւք seu ձեաւք et ձեօք *).

Pronomen III. pers. secundum Grammaticos Armeniorum per duas voces exprimitur, ինքն et իւր, quorum prius, quoniam et cum Pronominibus I. et II. pers. conjungitur, atque graeco *αὐτος*, latino *ipse* respondet, huc non pertinet, et *definitum* potius nuncupare placuit. Sed Pronomen իւր recte huc refertur, atque ex origine et sensu cum graeco *οὗ*, latino *sui* plane congruit. Demto enim charactere Genitivi ր sec. pag. 101., remanet իւ sive և sec. pag. 42., quae forma solâ quidem conjecturâ nititur, sed, si quid video, in Copula և = *et*, adhuc cernitur; atque, ut in lingua hebr. Copula ו Pronomini הוא, et in arabico *va* Pronomini *hua*, ita apud Armenios և = *et* stirpi pronominali իւ respondet. Atqui haec omnia ex una eademque forma sanscrita *sva*, radice Pronominis *svajam*, explicanda esse censeo. Cum ea enim congruit lat. *su*, et graec. *σφ* in Pron. *σφε* etc., et literâ *s* in *h* immutatâ, forma hebraica הוא i. e. *hua*, quemadmodum in lingua arab. reperitur. In forma vero armeniaca իւ s. եւ litera *s* plane deleta est,

*) Sed hi casus obliqui denuo possunt flecti, ita ut pro themate habiti terminationes casuum accipiant; et occurrit quidem 'ի մէնջք i. e. οἱ ἀφ' ἡμων — 'ի մէնջից i. e. των ἀφ' ἡμων.

et vocalis ու, *u* *) in իւ, *ü* per turbationem transiit. — Hoc Pronomen, quod pariter atque in graeca et latina lingua Nominativo caret, praeter Genitivum in flexione nonnisi casum Instrumentalem discernit, isque իւրեւ primum, ac seriori tempore իւրեաւ scribebatur. — Exstant vero aliae quoque ejus formae seriori, ut videtur, tempore exortae cum terminatione nominum abstractorum եան in numero plurali et singularis numeri casibus obliquis, nempe: Gen. et Dat. իւրեան, Instr. իւրեամբ, atque in Plurali իւրեանց, իւրեանս, իւրեամբք, unde et Nominativus իւրեանք formatus est. At Ablativus Singularis յիւրենէ non reperitur, neque a forma primitiva յիւրեն seu յիւրէ formatur, sed pro his յիւրմէ a Pronomine possessivo derivatum in usu est. — Jam vero hoc Pronomen, quod significationem potius reciprocam habet, quemadmodum Graecorum οὗ, Romanorum *sui*, sensu stricto *personale* dici non potest; ac quaeritur itaque, an Armenii Pronomen vere personale III. pers. habuerint, nec ne. Atque equidem contenderim, exstitisse etiam Pronomen ejusmodi, cujus litera characteristica fuerit ն. Hoc enim e Pronominibus demonstrativis, quae, quum in lingua armeniaca singulas quoque personas indicent, literas Pronominum personalium radicales additas habent, atque e Pronominibus

*) Sed et haec forma, praesertim in compositione, haud raro Copulae vicem gerit.

affixis, de quibus statim agetur, clare elucet. Sed quoniam absolute positum illud non occurrit, atque Pronomen նա, licet haud raro hoc sensu legatur, tamen, quum characterem demonstrativi in se contineat, huc non pertinet: difficile est ad dijudicandum, utrum formam Pronominis ես, an Pronominis դու, an potius aliam ab his diversam habuerit.

§. 2. *Pronomina possessiva* a Genitivis Pronominum personalium derivantur, et in lingua Armeniorum, quae sec. pag. 100. Nominativi notam non habet, meros Genitivos reddunt. Hinc իմ, քո, իւր, մեր, ձեր, Genitivi Pronominum personalium etiam pro Nominativis Pronominum possessivorum usurpantur; atque notandum modo est, formam քո, si possessivi Pronominis vicem gerit, additâ literâ յ cf. pag. 71. scribi քոյ, et Pronomen possessivum III. pers. plur. non inveniri, quoniam իւր proprie numero plurali caret.

In Grammat. Dionys. §. 18. pag. 50. sq. նա Pronomen personale III. pers. dicitur, atque formae Pronominum personalium in numero duali, quem per omnia haec Grammatica tuetur, et plurali, enumerantur sequentes: Dual. մոնք, դոնք, նոնք — Plur. ոնք, դուք, նոքանք. Ex his praeter formam դուք alia in scriptis non legitur. Porro tanquam Pronomen possessivum III. pers. legitur ibidem bis նորա, semel vero նոյր, *) quod

*) Si forma նոյր vere Nominativus esset, ex ea luculenter pateret, formam Pronominis personalis III. pers. fuisse

hâc ratione flectitur: Nom. նոյր, Gen. նորա, Dat. նում, Instr. նովւ, Acc. զնորա *); ac denique Dualis trium Pronominum poss. affertur: իմեն, քորա, նորոն **). Sed novas has formas procul dubio auctoris ingenio debemus, qui, ne lingua ipsius vernacula graecae posthabenda videretur, pro lubitu, quae non suberant, effinxit.

§. 3. Exstant praeterea apud Armenios *Pronomina affixa* s. *suffixa*, quae, utrum personalium an possessivorum loco scribantur, quaeri potest. Constant ea literis ս, դ, ն, quae primam, secundam et tertiam personam indicant, atque nullam mutationem in numeris et casibus subeuntia Nominibus omnis generis, Pronominibus, si interrogativa, relativum et indefinita exceperis, Verbis, atque etiam Adverbiis addi possunt. Significatio eorum triplex est; namque modo Pronominum personalium, modo possessivorum, modo denique demonstrativorum vices gerunt, atque e. g. Հայրս verti potest „*pater ego*“, et „*pater*

նու, sive նո, նոյ, cujus Genitivus նոյր (cf. ո° Gen. ո°յր pag. 83.) Nominativum Pronominis possessivi constitueret. Equidem tamen dixerim, si genuina est lectio, formam նոյր nonnisi inventam esse ab auctore, ut haberet, quo formam նորա explicare posset; hanc vero aliter explicandam esse, paullo inferius videbimus.

*) Hoc repugnat formae Nominativi նոյր; at, si նորա pro Nominativo accipimus, Genitivi forma prorsus desideratur.

**) Ibidem forma casus obliqui, Instrumentalis puto, legitur նովիւ.

meus", atque etiam „*pater hic, de quo locutus sum*". Sed primitus videntur posita esse pro Pronominibus personalibus, atque ex his decurtata, quoniam literae ս et դ non eorum Genitivis, neque igitur Pronominibus possessivis, sed Nominativis tantum Pronominum personalium propria sunt et characteristica, demonstrativa vero ex horum ipsorum additione demum formata sunt, atque haud difficile ex illa significatione primitiva reliquae duae enasci poterant.

§. 4. *Pronominum demonstrativorum* apud Armenios tres exstant formae diversae, quarum quaeque singulas personas distinguit, ita ut in universum novem appareant: սա, դա, նա — այս, այդ, այն — սոյն, դոյն, նոյն. In his literae ս, դ, ն, quibus singulae personae indicantur, ut modo vidimus, e Pronn. perss. enatae sunt, eaeque stirpi Pronn. demonstr. ա sive praepositae sunt, ut in Pronominibus սա, դա, նա, *) sive postpositae, ut in Pronn. այս, այդ, այն, quas e productione formarum աս, ադ, ան, **) oriundas dixerim.

---

*) Hâc de causa նա Pronomen personale dici non potest, licet haud raro pro eo usurpetur, atque սա et դա inde exorta videantur.

**) cf. Adv. աստ et անդ. Fortasse formae primitivae erant *na* et *an*, quae tanquam stirpes Pronn. demonstr. in linguis cum sanscrita cognatis occurrunt. cf. Bopp „über einige Demonstrativstämme" etc. Berlin 1830. p. 18. sive in den Abh. der histor. phil. Klasse der Berliner Akademie vom J. 1830. Atque, quum litera ն e Pron. pers. huc translata videretur, serius formae սա, դա, այս, այդ additis primae et secundae personae notis exortae sunt.

Tertium Pronomen սոյն, դոյն, նոյն, i. e. *idem* sive ex սու + այն, դու + այն, նու + այն, sive ex սու + ին, դու + ին, նու + ին originem ducit. Jam vero formae սու, դու, նու sive pro Pronominibus personalibus, sive potius pro demonstrativis haberi possunt, quae cum Pron. demonstr. այն, aut cum syllaba ին conjuncta sunt, quam ex Pronomine definito ինքն derivandam esse putaverim.

Flexio horum Pronominum peculiaris est, atque սա, դա, նա, et սոյն, դոյն, նոյն literas casuum characteristicas non in fine additas, sed in ipsorum medio insertas habent. Hinc scribitur in Dat. Sing. սմա, սմին, atque in Ablat. Sing. literis sec. pag. 108. transpositis սմանէ pro սմաէն a forma Dativi սմա; ab altera vero forma սմին a voce սոյն Ablativus formatus non occurrit. In reliquis casibus utriusque numeri Pronominum սա, դա, նա, ante literam characteristicam vocalis ո inseritur, quam haud raro cum vocali ու commutari jam supra pag. 85. sq. diximus. Itaque scribitur: սորա, սոքա, *) սոցա, սոսա; Instrumentalis vero Sing. denuo additâ casus notâ սովաւ sonat sec. pag. 114.. in Ablat. Plur. սոցանէ formae Genitivi nota Ablativi alibi in Singulari tantum usurpata apponitur, ac denique in Instr. Plur. սոքաւք seu սոքօք sec. pag. 119. sq. signum numeri pluralis bis positum reperitur. Similiter flectuntur Pronomina սոյն, դոյն, նոյն, modo tene-

*) Horum loco hic illic reperitur սայք, սայց etc.

amus, vocalem ո in his potius radicalem quam insertam videri: սորին, սոքին, *) սոցին et սոցուն sec. regulam §. 10, 3. pag. 74. traditam, atque etiam սոցունց repetitâ casus notâ, սոսին, atque in Instr. Sing. սովին et սովիմբ signo casus bis posito, in Instr. vero Plur. sive modo regulari սովիմբք, sive, id quod saepius legitur, սոքիմբք et sec. §. 10, 3. pag. 74. սոքումբք, ubi nota numeri sec. pag. 120. in fine denuo addita est. Occurrit vero etiam apud Davidem Philos. flexio regularis ad tertiam declinationem: նոյնի, նոյնիւ, 'ի նոյնում — atque apud alios quoque haud raro նոյնք, նոյնս, in scriptis vero recentioribus նոյնոյ, նոյնով, նոյնոց, atque adeo sec. pag. 86. նունոյ.

In Pronominibus այս, այդ, այն, literae casuum characteristicae, ut in aliis vocibus, in fine additae leguntur: այդր, այդմ, այդու, այդք, այդց. Iidem vero casus aliam quoque formam habent, ex qua terminationibus eorum syllaba իկ **) adnectitur, atque excepto Dativo Sing. ante literas characteristicas ր, ք, ս, ց, vocalis ո, ut modo in Pronominibus սա etc. vidimus, inseritur. Scribitur ergo: այսորիկ, այսմիկ, այսուիկ, այսոքիկ, այսոցիկ, այսոսիկ; in Instrumentali vero Plur. formae reperiuntur այսոքիւք et այսոքիմբք, quae, quomodo

---

*) Legitur quoque apud David. Phil. սոքինք signo numeri bis posito.

**) Eadem syllaba imprimis in vocibus e persica lingua depromtis occurrit, atque alibi plerumque nomina deminutiva aut collectiva format.

explicandae sint, jam supra pag. 120. dictum est. — In Ablativo Sing. et Plur. eâdem ratione, quâ in Pronominibus սա, դա, նա, terminatio hujus casus նէ pro էն formis Dativi այդմ, այդց adjungitur, et euphoniae causa sec. pag. 75. vocalis ա inter utramque terminationem inseritur այդմանէ, այդցանէ. *) — Denique haec Pronomina hîc illic in singulis casibus modo regulari sive ad tertiam, sive ad quartam, seu denique ad quintam declinationem flexa reperiuntur. e. g. այնիւ, այսով — այդոց, այսուք etc.

Genitivi Pronominum սա, դա, նա, additâ plerumque literâ յ sec. pag. 70. sq. Pronominum possessivorum vices gerunt, atque eâdem ratione quâ haec ad quartam declinationem flectuntur, e. g. սորա sive սորայ i. e. το τουτου, *id, quod hujus est, ad hunc pertinet,* սորայոյ, սորայում, սորայով, սորայք (τα τουτου), սորայոց sive սորայց, սորայս, սորայովք — նոցա sive նոցայ i. e. το ἐκεινων, *id, quod illorum est, ad illos pertinet,* նոցայոյ, նոցայում etc. Denique ab his iterum ad analogiam Pronominum իմային, մերային, additâ terminatione adjectivâ ին, formantur Pronomina similia սորային etc., quae eorundem flexionem sequuntur: սորայնոյ etc.

---

*) Altera Abl. Plur. forma յայդցանեաց, quae rarius legitur, sive ab hac per additionem novae terminationis ad decl. VII., sive ab այդքանի, literâ ք pro nota Nom. Plur. habitâ atque igitur in ց mutatâ, derivanda est.

§. 5. *Pronomina interrogativa* duo sunt, ի, et ո seu ով, quorum prius plurali numero prorsus caret, atque in Nominativo nunquam, in aliis casibus rarius occurrit. In flexione literas ր, մ, ւ accipit, atqne Genitivus literâ radicali *) productâ sonat էր, Dativus իմ, atque etiam հիմ, quae forma secundum pag. 71. pro յիմ posita Praefixo յ **) instructa est; Accusativus scribitur զի, atque hinc in Conjunctionem abiit; Instrumentalis իւ, atque Ablativus 'ի մէ. In hoc casu, (cf. pag. 79. sq.) litera radicalis pro Praefixo habita plane abjicitur, quando Praefixum զ praeponitur: զմէ pro զիմէ, atque itidem 'ի մէ pro յիմէ. — Alterum Pronomen ո, quod productionis ergo, ut videtur, saepissime ով scribitur, cum gothico *hva*, et latino *u* in vocibus „*ubi*, *unde*, *uter*", procul dubio cognatum est. Flexio ejus flexioni praecedentis similis est, atque in Genitivo sonat ուր cf. pag. 83. in Dativo ում, in Ablativo literâ մ secundum pag. 109. duplicatâ յումմէ, rarius յումէ. Instrumentalis Sing. non reperitur ***),

*) cf. pag. 83.

**) Hoc Praefixum alibi quidem formae Accusativi, sive quod idem est, Nominativi praeponitur; sed in hoc Pronomine, quae fuerit Nominativi forma, quum nusquam legatur, haud recte cognitum est, unde talis error facile existere poterat. Possumus vero etiam hanc formam pro Locativo, cf. pag. 108., accipere, quoniam, quantum scio, sensu tantum adverbiali occurrit.

***) Forma enim որով, quae in Grammaticis proponitur, non ab hoc Pronomine, sed a Pron. relativo derivanda est.

quoniam formae Nominativi ով nota casus Instrumentalis addi non potuit, et ու pro Copula usurpatur. In numero plurali literae radicali ո in ոյ productae casuum terminationes adnectuntur: ո՞յք, ո՞յց, ո՞յս; sed et hic numerus Instrumentali caret, et forma որովք, quae profertur, itidem atque որով ad Pronomen որ referenda est.

Exstat praeterea tertium quoque Pronomen interrogativum ի՞նչ = *quid?*, quod cum ի՞ cognatum et omnis flexionis expers est. Reperiuntur modo formae cum Praefixis զի՞նչ, յի՞նչ.

§. 6. Cum Pronominibus interrogativis *Pronomen relativum* arctissime cohaeret, atque in lingua armeniaca eodem modo, quo Pronomina possessiva a personalibus, hoc Pronomen ab interrogativo formatur. Genitivus enim ո՞յր Pronominis ո՞ in formam breviorem որ *) mutatus statim pro Nominativo Pronominis relativi usurpatur, cujus tanquam derivati flexio cum flexione Pronominum possessivorum prorsus consentit.

§. 7. *Pronomina indefinita* itidem ut relativum ab interrogativis descendunt, atque aut ab his non diversa, ut Graecorum τὶς et τίς, eadem sine interrogatione reddunt, aut per additionem literarum formativarum formantur. Prioris generis est ինչ, quod extra interrogationem positum significat „*aliquid*", atque itidem flexionis expers

*) Nomen substantivum իր = *res*, eâdem ratione a Pronomine interrogativo ի՞ derivatur.

est; ubi vero flectitur, idque ad tertiam declinationem, non Pronomen est, sed pro nomine substantivo usurpatur. Reliqua Pronomina indefinita suffixis aucta apparent, iisque sive literâ ք, quae et numeri pluralis nota est, cf. pag. 95., sive literis մն, quibus alibi nomina abstracta formantur, e. g. Հիմն, խոստումն etc. Ita quatuor Pronomina hujus generis orta sunt, իք et իմն, quae ad rés, et ոք, ոմն, quae ad personas referri solent. Ex his իմն omni flexione caret; reliqua vero hoc peculiare habent, quod literae casuum characteristicae ր, մ, ւ, non in ipsorum fine, sed in medio collocatae sunt, ac primitus Pronominibus interrogativis in flexione positis literae ք et մն, quibus indefinita formantur, insertis vocalibus auxiliaribus addebantur. Hinc Pronomen իք, quod perraro in Nominativo legitur, regulae pag. 75. §. 10, 4. traditae consentanee Genitivum format իրիք, *) Dativum իմիք, Instrumentalem իւիք; sed in casu Ablativo, qui serioris videtur esse temporis, ab hac lege ita deflectit, ut terminatio ejus է in fine addatur, unde յիմեքէ **) sonat. Similiter Pronomen ոք in Genitivo habet formam ուրուք, *) in Dativo vero ումեք assumtâ vocali auxiliari ե, atque in Ablativo յումեքէ. Instrumentali hoc Pronomen caret, quia et Pronomen ո՞ hôc

*) Ex his formis իրիք, ուրուք et ուրումն apparet, Genitivos է՞ր et ո՞յր correptos esse, quoniam vocibus in fine auctis tonus ab his syllabis recedit.

**) cf. pag, 83. Nota *).

casu destitutum est. Denique a Pronomine ոմն Genitivus formatur ուրումն, Dativus ումեմն, Ablativus յումեմնէ; ac deinde ob similitudinem a nominibus abstractis in մն desinentibus flexionem casus Instrumentalis Sing. et omnium casuum numeri pluralis mutuatum est. Hâc ratione flexio ad normam nominis սերմն decl. I.: ոմամբ, ոմանք, ոմանց, ոմանս, ոմամբք, quam seriori tempori tribuendam censeo, explicanda est.

§. 8. *Pronomen definitum* ինքն i. e. *ipse*, sive a nomine անձն i. e. *persona*, sive a Genitivis Pronominum personalium իմ, քո, deducendum in flexione nomina abstracta primae declinationis in իւն etc. desinentia, cf. pag. 133. sq. sequitur, atque ut Pron. gr. *αὐτος*, lat. *ipse* cum Pronominibus trium personarum conjungitur.

§. 9. *Pronomina reciproca* միմեանց et իրերաց graeco *ἀλληλων* respondentia ex ipsorum significatione singulari numero, atque Nominativo numeri pluralis carent. Prius eorum, a Numerali մի i. e. *unus* bis posito exortum, in flexione terminationes nominum patronymicorum cf. supra pag. 130. sq. sequitur: միմեանց, միմեանս, միմեամբք; alterum vero իրերաց pro իւրերւրաց ab իւր i. e. *suus* bis repetito derivandum videtur, atque itidem ad primam declinationem flectitur: իրերաց, իրերաւք seu իրերօք. In Accusativo, ubi secundum pag. 77. եա pro ե scribitur, ejus loco nonnunquam simplex ա occurrit, atque ս finale plane omittitur. Legitur enim զիրեարս, զիրեար et զիրար.

§. 10. *Pronomina collectiva* sunt այլ, միւս, երկոքանչիւր, իւրաքանչիւր, անձնիւր seu անցնիւր, ամէն et ամենայն, համայն, բոլոր, բոլորեքեան et բոլորեքին, համակ, ընաւ, ողջոյն.

Ex his Pronomen այլ, quod ad quartam declinationem flectitur, latino *alius*, graeco *ἄλλος*, sanscr. *anja* formâ non minus quam sensu accurate respondere statim apparet; միւս vero, quod in casibus obliquis *) etiam մեւս scribitur, e մի ևս i. e. *unus etiam, unus adhuc*, contractum videtur, atque latino *alter* quoad sensum respondens eandem quam Pronomen այլ flexionem retinet: միւս seu մեւս, միւսոյ, միւսում, ՚ի միւսմէ seu ՚ի միւսոյ, միւսով, միւսք, միւսոց. Pronomen երկոքանչիւր i. e. „*ἑκατερος, alteruter, uterque,*" ex երկուք անձնիւր i. e. „*duo*" seu *ambo unusquisque*, sive *unusquisque e duobus, duae* seu *ambae personae, duo ipsi*, atque իւրաքանչիւր ex իւրք անձնիւր i. e. *suae personae*, sive *ipsi* **) *unusquisque, ipsi omnes*, ita videntur esse conflata, ut in priori voce ու propter sequens ա sec. §. 10, 4. p. 75. in hanc vocalem transierit, in posteriori vero eadem e simili causa inserta sit. In flexione quartam declinationem sequuntur.

Անձնիւր i. e. *unusquisque*, cujus loco plerumque անցնիւր scribitur, non ab անձն իւր i. e. *persona*

---

*) cf. pag. 42. Nota *). Sed reperitur quoque nonnunquam մեւս in casu recto.

**) իւր enim hanc quoque notionem hic illic habet.

sua derivandum est, sed nil nisi numerum pluralem nominis անձն repraesentare, atque adeo pro անձներ, i. e. *personae*, *ipsi*, cf. supra pag. 94., dictum esse arbitror. Flexionis expers esse solet, sin vero flectitur, idque tantum in numero plurali, sive ad normam nominum secundae declinationis in ր exeuntium solas casuum notas admittit, e. g. անցնիւրք, անցնիւրց, անցնիւրս, atque adeo vocali իւ in ե mutatâ, e. g. անձներց *), sive ex imitatione Pronominis իւր, quocum per compositionem conflatum esse putabant, quartam declinationem sequitur: անցնիւրոց.

Pronomen ամէն latino *omnis* cognatum ad tertiam declinationem flectitur, praeterquam quod in Dativo terminationem մ adsumens vocalem praecedentem in ու commutat: ամենում. — Ab hac voce derivatur Pronomen ամենայն ex ամէն + այն, ut supra pag. 165. diximus, compositum, quod in flexione antecedens imitatur, aut in plurali numero idque saepissime formam ամենեքեան seu ամենեքին admittens ad normam Numeralium երկոքեան seu երկոքին etc. flectitur. Praeterea in Instr. Sing. adverbialiter usurpato simili ratione notâ casus insertâ sec. pag. 114. ամենևիմբ scribitur.

Eodem prorsus modo flectitur Pronomen բոլոր, quod cum graeco ὅλος cognatum arbitror, et բոլորեքեան seu բոլորեքին, quod singulari nu-

---

*) cf. աղբերց ab աղբիւր.

mero caret, nempe: բոլորի, բոլորիւ, բոլորից, բոլորիւք — բոլորեքեան et բոլորեքին, բոլորեցուն et բոլորեցունց, բոլորեսեան et բոլորեսին, բոլորեքումբք. Praeterea vero etiam ob vocalem radicalem ո subinde haec vox quartae declinationis flexionem sequitur: բոլորով, բոլորովք, atque in Instr. Sing. adverbialiter usurpato, ut in voce ամենևին et ամենևիմբ terminatione casus in medio positâ, բոլորովին et բոլորովիմբ sonat, cujus loco serius omissâ notâ priori բոլորիմբ scribebatur.

Համակ i. e. *totus, universus,* a particula inseparabili համ, quae sanscr. *sam,* lat. *cum, con* respondet, cum terminatione adjectiva ակ derivandum flexionis expers est; համայն vero ejusdem significationis ex համ + այն, ut videtur, conflatum, pariter atque բնաւ, forma Instrumentalis a nomine բուն, i. e. *truncus, radix, fundamentum,* ad tertiam declinationem flectitur: համայնի, համայնիւ, համայնից — բնաւի, բնաւից etc. Denique ողջոյն ex usu primitivo substantive usurpatum, et *salutem, integritatem* significans tertiam declinationem in flexione sequitur, sed tanquam Adjectivum id, quod *integrum, totum* est, denotans omni flexione caret.

§. 11. *Pronomina correlativa* voces compositae sunt, quarum membrum prius Pronomine demonstrativo seu relativo, posterius vero nomine *quantitatem, mensuram, modum* significante constat. Nomina haec sunt: պէս, քան, չափ. Ex his պէս *modum* primitus denotans, ubi absolute

positum legitur, sensum Adverbii seu Praepositionis habet, atque cum Pronominibus illis conjunctum Adverbia format, qualia sunt այսպէս *) i. e. *hoc modo*, սոյնպէս i. e. *eodem modo*, որպէս i. e. *quo modo*. Hinc additâ terminatione adjectivâ ի formantur այսպիսի, **) այդպիսի, այնպիսի i. e. *talis*, սոյնպիսի, դոյնպիսի, նոյնպիսի i. e. *aequalis, qui ejusdem modi est*, որպիսի i. e. *qualis*. Flectuntur haec ad septimam declinationem, ad normam nempe nominum in ի desinentium, e. g. այսպիսի, այսպիսւոյ, այսպիսեաւ, այսպիսւոց sive այսպիսեաց; sed legitur quoque այսպիսոյ, այսպիսում ad quartam declinationem a forma Nominativi inusitata այսպէս. Porro nomen չափ i. e. *mensura*, cum iisdem Pronominibus conjunctum format voces այսչափ, այդչափ, այնչափ i. e. *hujus* seu *talis mensurae, tantus*, սոյնչափ, դոյնչափ, նոյնչափ i. e. *ejusdem mensurae*, et որչափ i. e. *cujus* seu *qualis mensurae, quantus*, quae omnia indeclinabilia sunt. Denique nomen քան i. e. *quantitas*, quod absolute positum nonnisi sensu adverbiali seu Praepositionis occurrit, additâ terminatione adjectivâ ի et interrogative sumtum denotat *quot*, et ad septimam declinationem plerumque, in singulari vero numero haud ita raro ad quartam

---

*) Occurrit etiam սապէս in eadem significatione; sed praeterea Pronomina սա, դա, նա hâc ratione conjuncta non leguntur, quoniam substantive semper usurpantur.

**) In omnibus his vocibus litera է cum ի commutatur sec. pag. 83.

flectitur, nempe: քանի՞ *), քանո՞յ et քանւո՞յ etc. Idem vero nomen քան cum Pronominibus illis compositum Adverbia format et Pronomina adjectiva, այսքան, այդքան, այնքան i. e. *hujus quantitatis*, *tot*, սոյնքան, դոյնքան, նոյնքան, i. e. *ejusdem quantitatis*, *totidem*, որքան i. e. *cujus quantitatis*, *quot*, quae omnia in singulari numero quartam declinationem sequi solent, e. g. այսքանոյ, այսքանում, այսքանով, in numero vero plurali, atque etiam in Instr. Sing. terminationes plerumque nominum in ի desinentium, septimae inquam declinationis, a forma inusitata այսքանի derivandas assumunt: այսքանեաւ, այսքանեաց, այսքանեաւք sive այսքանեօք. Sed reperitur quoque saepissime forma այսքանից tertiae declinationi consentanee, et in Instr. Plur. abjectâ vocali ե legitur quoque այսքանաւք seu այսքանօք.

CAPUT III.

DE VERBIS.

In Verbis considerandi veniunt *Numeri*, *Personae*, *Tempora* et *Modi*.

§. 1. *Numeri* ut in Nominibus ita in Verbis duo sunt, *Singularis* et *Pluralis*; *Dualis* enim, quem in Grammatica dionys. per omnia

*) Haec forma serius, quum primitiva քան notionem substantivam amitteret, in nomen substantivum *quantitatem* significans abiit.

tempora omnesque modos formatum *) reperimus, alibi non legitur, et pariter atque in Nominibus et Pronominibus **) ab interprete hujus Grammatices videtur fictus esse. Uterque numerus tres habet *Personas*, quae in Indicativis Praeteritorum flexionem a reliquis temporibus ac modis paullum diversam habent. *Modi* sunt quinque: *Indicativus*, *Conjunctivus*, *Imperativus*, *Infinitivus* et *Participium*. *Tempora* denique, exceptis iis, quae verborum auxiliarium ope formantur, in lingua armeniaca exstant sex: *Praesens*, *Imperfectum*, duo *Perfecta* sive potius *Aoristi*, ac duo *Futura*.

§. 2. Dividuntur Verba apud Armenios secundum tres vocales ե, ա, ու, literis et syllabis flexionis praepositas in tres classes seu *Conjugationes*, quibus tanquam quarta *Conjugatio passiva* accensetur. Hae Conjugationes, ut alibi jam demonstravimus ***), primo quidem adspectu ex additione verborum auxiliarium ել, գալ †), գոլ ††), et իլ a verbo լինիլ exortae videntur; sed, quum earum differentia non in omnibus temporibus ac modis locum habeat, rectius eae cum conjugatio-

---

*) Insertis nempe vocalibus ո, ով, ու.

**) Vide supra pag. 93. etc.

***) Vide Jahrbücher für wissenschaftl. Kritik. Berlin 836. Ian. No. 14.

†) Quod proprie *venire* significat, deinde vero etiam ut Gallorum *devenir*, Italorum *diventare*, latino *fieri* respondet.

††) Vocali ո nempe in ու mutatâ.

nibus sanscritis comparantur. Ac prima quidem armeniaca, cujus vocalis characteristica est ե, sanscritae sextae respondet, quae vocalem *a* insertam habet, eaque, ut in verbo եմ = S. *asmi* in ե transiit. Secunda cum vocali ա characteristica sive sanscritae primae, quae eandem vocalem habet, atque Gunam requirit, cognata est, sive quartae sanscritae, cujus character *ja* in *a* transire potuit. Tertia porro vocali ու insignita ab octava sanscrita, quae eandem vocalem retinet, non differt; ac denique quarta sive passiva Conjugatio, cujus characteristica vocalis est ի, omni jure cum Passivo linguae sanscritae, quod syllabam *ja* characteristicam habet, comparatur. Sed aliarum quoque conjugationum sanscritarum, tertiâ tantum et septimâ exclusis, vestigia haud obscura in lingua Armeniorum reperimus. Verba enim տալ i. e. *dare*, կալ i. e. *stare*, գալ i. e. *venire* in flexione secundae conjugationi sanscritae, quae radices sine vocali interposita cum terminationibus conjungit, accurate respondent; sanscrita quinta, quae syllabam *nu* addit, in verbis առնուլ i. e. *capere*, ընթեռնուլ i. e. *legere*, երդնուլ i. e. *jurare*, aliisque haud paucis cernitur; ac nona denique sanscrita, quae syllabam *nî*, et in quibusdam formis *nâ* inserit, cum verbis Armeniorum secundae non minus quam quartae sive passivae conjugationis, quae easdem syllabas նա et նի radicibus addunt, e. g. խոստանալ i. e. *polliceri*, մեռանիլ i. e. *mori*, etc. cognata esse videtur. Ex-

stant praeterea in prima etiam conjugatione armeniaca ejusmodi verba cum litera ն insertâ; sed his in lingua sanscrita ex analogia verbi եմ = S. *asmi* responderent verba syllabam *na* *) addentia, quae non reperiuntur. Caeterum apud Armenios haec verba, quae literam ն adsumunt, quum praeterea in flexione a reliquis verbis non deflectant, horum conjugationibus non sine jure accensentur.

Jam vero haec conjugationum differentia non in omnibus temporibus ac modis, sed in certis tantum quibusdam locum habet, iisque in Praesenti, Imperfecto, Aoristo primo et Futuro primo, atque in eorum modis; in reliquis vero nonnisi duae formae, Activi nempe et Passivi sive Medii distinguuntur, quae Parasmaipado et Atmanêpado linguae sanscritae comparari possunt. Hinc et Armeniorum lingua discrimen agnoscit inter tempora *specialia* **), in quibus quatuor classes seu conjugationes discernuntur, et *generalia*, in quibus haec differentia desinit. De his vero temporibus eorumque modis, tam specialibus, quam generalibus, nunc deinceps disseramus.

§. 3. *Tempus praesens* signo, quo tempus indicatur, prorsus carens personarum characteres interjectis tantum vocalibus conjugationum characteristicis radicibus sive stirpibus in *Indicativo*

---

*) Scilicet cum *a* brevi.

**) cf. Bopp, Grammatica critica linguae sanscritae, ed. altera Berol. 832. pag. 141. §. 297.

statim jungit. e. g. ասեմ i. e. *dico*, գտանեմ i. e. *invenio*, ցուցանեմ i. e. *ostendo* — հաւատամ i. e. *credo*, իմանամ i. e. *intelligo*, հեղում i. e. *fundo*, զբօսնում i. e. *laetor* — խօսիմ i. e. *loquor*, ծնա-նիմ i. e. *nascor*.

Conjunctivus literam ց insertam habet, quam cum terminatione Genitivi et Dativi Plur. nominum cf. pag. 115. sq. comparaverim, atque itidem e Praefixo ց exortam dixerim. Ita igitur notio dependendi, quae Conjunctivo ut Genitivo inest, in forma jam expressa latet. In verbis definitis, iisque in prima et secunda conjugatione videtur quidem hic modus ex verbo substantivo originem suam repetere, atque ex forma ejus subjunctiva, quae respectu simul conjugationis habito radicibus seu stirpibus addita sit, ortus esse, ita ut գովեցեմ i. e. *laudem* dictum sit pro գով sive գովե + եցեմ — աղայցեմ i. e. *motam* pro աղա + եցեմ. — atque similiter in Passivo գովեցիմ i. e. *lauder* pro գովէ seu գովի + եցիմ pro լեցիմ a verbo լինիլ i. e. *fieri*. Sed, quum in tertia conjugatione non առնոյցեմ ad formam աղայցեմ, sed առնուցում ab առնում i. e. *capio*, legatur, et Indicativus quoque, ut modo vidimus *), non a verbo substantivo formatus sit: equidem dixerim, in his etiam verbis terminationi literam ց praepositam esse, atque ex analogia verbi substantivi in duabus prioribus

*) cf. quoque, quae modo §. 2. de Conjugationibus dicta sunt.

conjugationibus vocalem ե inter literam ց et terminationem interpositam, in tertia vero et in Passivo vocalem conjugationis characteristicam inter easdem literas repetitam esse. Ita facillime explicantur formae գովեցեմ, աղայցեմ, առնուցում*), գովիցիմ, ex Indicativis գովեմ, աղամ, առնում, գովիմ.

Optativus in lingua armeniaca non reperitur, et formae ejus, quas in Grammatica dionys. tam huic tempori, quam aliis adaptatas legimus, linguae etiam indoli maximam partem prorsus repugnant.

Imperativi formam peculiarem Armenii proprie non habent; Indicativi enim Aoristorum et Futurorum atque etiam Praesentis in Singulari tantum numero paullum immutati ei exprimendo inserviunt. At Praesentis formam nonnisi Imperativus cum negatione **), qui in secunda tantum persona legitur, literâ ս plerumque ***) sec. pag. 61. in ր mutatâ, retinet. Ita ortae sunt formae: մի՛ †) շարժեր i. e. *ne moveas*, մի՛ սպանաներ i. e. *ne interficias*, մի՛ բառնար i. e. *ne tollas*, մի՛ թո-

---

*) Tantummodo secunda conjugatio a tertia in eo differt, quod vocalem longam in syllaba penultima accipit.

**) Sed legitur quoque hic illic sine negatione: e. g. լուէք, ասէք, խնդրէք; ac reperitur etiam tanquam in III. pers. dictum: շարժէ, խօսէ, իմաստասիրէ.

***) Nonnunquam etiam litera ս remanet, ac dicitur: մի՛ պատմես, մի՛ հաւատաս.

†) De accentu acuto Imperativi formis proprio vide supra pag. 10.

ղուր i. e. *ne sinas*, մի պատրիր i. e. *ne decipiaris*.

Infinitivi praeter eas, quae e Participiis cum Infinitivo verbi substantivi conjunctis formantur, una modo forma habetur, eaque Praesentis est, quae pro literis personarum characteristicis մ, ս, ն, literam լ adsumit, quam cum litera *r* Infinitivis verborum latinorum propriâ comparandam esse dixerim. Hinc oriuntur formae թուել i. e. *numerare*, մոռանալ i. e. *oblivisci*, լնուլ i. e. *implere*, ուսանիլ i. e. *discere*. Sed notandum est, in conjugatione passiva vocalem ի characteristicam plerumque in ե mutari, atque ibi tantum retineri, ubi neglectâ formâ passivâ sensus loci ambiguus fieret. Ita plerumque scribitur լինել pro լինիլ i. e. *fieri*, atque e. g. ածել significat modo *ducere*, modo *duci*. — Flectitur Infinitivus tanquam nomen ad quartam declinationem, e. g. շարժել, Gen. շարժելոյ, Instr. շարժելով — խոստանալ, Gen. խոստանալոյ, Instr. խոստանալով — in tertia conjugatione vocali secundum pag. 85. abjectâ թողուլ Gen. թողլոյ, Instr. թողլով — atque in conjugatione passiva literâ ի ut supra in ե mutatâ secundum pag. 82. cf. pag. 83. nota *) գովել Gen. գովելոյ Instr. գովելով *).

*) Quum Infinitivi forma ել a forma participiali եալ in quibusdam verbis nonnisi quoad vocalem ա, in flexione vero nullâ in re differat, factum est, ut nonnunquam altera forma pro altera poneretur. cf. I. Petr. 1, 5. յայտնեալ pro յայտնիլ sive յայտնել — Act. App. 18, 18. փոքրել pro փոքրեալ:

Ut in lingua latina a Gerundio et Supino, ita in armeniaca ab Infinitivo descendunt duo *Participia Futuri*, alterum additâ syllabâ ոց, alterum vero adjectâ vocali ի formatum, e. g. առնելոց, հաստատելոց, հեղլոց sec. pag. 85., ծնանելոց — հանելի, աղալի, թողուլի sec. pag. 85., սկսանելի. Utrumque notione activa et passiva promiscue adhibetur; prius vero illud in ոց exiens notionem semper Futuri habet, atque flexionis expers est; tantummodo si sensu passivo sive neutrali legitur, in numero plurali literam ք subinde accipit, et, quoniam forma ejus Genitivum numeri pluralis redolet, passim ejus loco ponitur, adeoque pro Genitivo Participii Praeteriti եալ, qui eandem terminationem ելոց habet, hîc illic scriptum reperitur. e. g. լինելոց pro լինելեաց et եղելոց. — Altera Participii Futuri forma in ի desinens Participio Fut. Pass. latino proprie respondens saepius quoque praesertim in versione scripturae sacrae Participii Praesentis activi vicem gerit, e. g. լսելիք i. e. *audiendi* et *audientes*, ունելիք i. e. *habendi* et *habentes*, առնելիք i. e. *faciendi* et *facientes* etc. Flectitur haec Participii Fut. forma ad normam declinationis septimae. e. g. գործելի, Gen. գործելւոյ, Instr. գործելեաւ, Nom. pl. գործելիք Gen. գործելեաց.

Forma *Participii Praesentis activi* peculiaris աւղ seu օղ sive potius ող*) affertur quidem a

*) Haec enim forma primitiva, illa serioris originis est.

Grammaticis Armeniorum, sed videtur potius adjectiva esse, ut jam recte docuit Avetikhean in Grammat maj. §. 770. pag. 297. et min. §. 202. pag. 116., quum temporis notionem proprie non additam habeat. Ita շարժող sive շարժօղ non *movientem* sed potius *motorem*, պատրող seu պատրօղ non *decipientem* sed *deceptorem* significat. Hinc modo a Praesenti modo ab Aoristis formatur, idque tantum a verbis transitivis; verba vero neutra et passiva formam Participii Praeteriti ejus loco substituunt. In flexione declinationem sextam sequuntur. e. g. ասող Gen. ասողի Instr. ասողաւ, Թողող Gen. Թողողի Instr. Թողողաւ.

§. 4. *Imperfectum tempus* classium proprietates cum Praesenti communes habet, sed in terminationibus ab eo recedens Aoristos sequitur, et tertiâ personâ exceptâ vocalem characteri conjugationis semper addit. Hinc factum est, ut secundum pag. 75. §. 10, 5. pro եի in prima conjugatione էի, pro աի in secunda այի, atque secundum pag. 80. pro իի in conjugatione passiva, ut alibi, forma activa էի scriberetur. Ita ortae sunt formae ասէի i. e. *dicebam* ab ասել, հաւատայի i. e. *credebam* a հաւատալ, առնուի i. e. *capiebam* ab առնուլ, խօսէի i. e. *loquebar* a խօսիլ.

Conjunctivus Imperfecti in classicis quidem, qui dicuntur, auctoribus non legitur, sed in nonnullis tamen iisque antiquissimis, in Fausto Byz. inquam, et in Jacobi Nisibeni sermonibus, atque etiam in versione homiliarum Basilii M, in Hexa-

emeron subinde forma ejus ad normam Conjunctivi Praesentis facta reperitur. e. g. Faust. Byz. p. 202. ed. Ven. ելանիցէր i. e. *exiret* ab ելանել Imperf. ելանէի — Jacob. Nisib. p. 23. ed. Constantinop. դնիցէին i. e. *ponerent* a դնել Imperf. դնէի, ubi editio Romana falso դնիցեէին habet — et ibidem pag. 49. in utraque editione լուեալ իցէր i. e. *auditum esset* ab ել Imperf. էի. — Haec vero forma, licet aetate aurea obsolesceret, seriori tempore denuo usurpabatur.

§. 5. *Aoristi* duo, quos separare ausi sumus, a Grammaticis pro una forma habentur, atque, si Grammaticam dionys. exceperis, *Perfecti* nomine insigniuntur. Nobis vero duce hac Grammatica illud nomen praeferendum videbatur, quoniam tempus Perfectum alia ratione, nempe per Participium Praet. cum Praesenti verbi substantivi conjunctum exprimitur, e. g. արարեալ եմ = Gall. *j'ai fait,* sed արարի = Gall. *je fis;* atque duas formas statuere placuit, quia alia verba ad instar Aoristi primi Graecorum literam *ց* insertam habent, simulque classium proprietates retinent, alia vero, ut Aoristus secundus, terminationes radici seu stirpi proxime adjungunt, et conjugationum discrimina tollunt. Verba enim, quae in altera forma leguntur, alteram plerumque non admittunt*). — Jam vero discrimen est inter verba activa et

*) Sed cf. Part. շարժեալ a շարժել cum հաստեալ a հաստանել, et vide infra §. 8.

verba passiva sive neutra. Illa enim omnia, quaequae eorum sit conjugatio, vocalem ի in prima Sing. persona formae in literam ց exeunti aut radici addunt, haec vero, sive ad quartam, sive ad secundam aut tertiam classem pertineant, ut in lingua gothica vocalem ա *) additam habent. e. g. կատարեցի a կատարել, մատուցի a մատուցանել, հատի a հատանել — ողբացի ab ողբալ, բացի a բանալ — լցի a լնուլ, առաւելի ab առաւելուլ — atque in forma passiva: խորհեցայ a խորհիլ, անկայ ab անկանիլ — մերկացայ a մերկանալ, դարձայ a դառնալ — ընթերցայ ab ընթեռնուլ, զգօսայ a զգօսնուլ.

In verbis monosyllabis primitus utraque forma *augmentum* per omnes utriusque numeri personas videtur servasse, id quod e verbis quibusdam irregularibus **), ut infra videbimus, elucet; seriori vero tempore in his tantum remansit, in reliquis vero tantummodo, si III. pers. Sing. act. monosyllaba est, plerumque retinetur. Constat hoc literâ ե, cujus loco, si verbum a vocali ա incipit, է †) scribitur; verba vero ab ե aut ի ††)

*) In solo verbo substantivo է occurrit.

**) cf. եդի et եդայ a verbo դնել; adeoque in I. pers. Fut. legitur եդից et եդայց, ut scilicet forma monosyllaba in verbis evitetur, quapropter in reliquis personis, ubi verbum bisyllabum fit, augmentum omittitur. e. g. դիցես, դիցիս etc.

†) Sed legitur quoque haec litera ex scriptura serioris temporis ut videtur, in codd. et edd. subinde ante consonantes.

††) Non enim reperitur verbum ejusmodi, cujus litera initialis sit ո aut ու.

incipientia nunquam, atque ea, quae a duabus consonantibus incipiunt, raro augmentum habent. cf. *եհան* s. *հան* a *հանել*, *եցոյց* s. *ցոյց* a *ցուցանել*, *եկաց* s. *կաց* a *կալ*, *եթող* s. *թող* a *թողուլ* — sed *էած* s. *ած* ab *ածել*, *էանց* s. *անց* ab *անցանել* — *ել* ab *ելանել*, *եղծ* ab *եղծանել* — *էջ* toni causa pro *իջ* ab *իջանել* — *սպան*, rarius *եսպան* a *սպանա-նել*, *ստեղծ*, rarius *եստեղծ* s. *էստեղծ* a *ստեղծա-նել* etc.

Utraque Aoristi forma literas consonantes, quae in Praes. et Imperf. radicibus adduntur, abjicit. e. g. *գտի* a *գտանել*, *ցուցի* a *ցուցանել*, *մե-ղայ* a *մեղանչել*, *բուսայ* a *բուսանիլ*, *շլացայ* a *շլա-նալ*, *թացի* a *թանալ*, *առի* ab *առնուլ*, *ընկեցի* ab *ընկենուլ*, *զգեցայ* a *զգենուլ* etc.

Conjunctivus Aoristorum non exstat, quum Futura ejus formam prae se ferant.

§. 6. *Aoristus primus* ex obsoleta forma participiali in literam *ց* exeunte additis personarum terminationibus ortum ducere videtur. Conspicua est haec forma in III. pers. Sing. act. e, g. *կազ-մեաց*, *մնաց*, *ելից* s. *լից* a *կազմել*, *մնալ*, *լնուլ*, atque in Imperativo, cujus forma passiva *գործեա՛ց* aliter explicari vix potest. In reliquis Indicativi personis, ubi verbum in fine crescit, diphthongus *եա* *) secundum pag. 87. in *ե* transit, tertiae vero conjugationis vocalis auxiliaris inserta abjicitur. e. g.

*) Cujus loco nonnunquam *է* scribitur, e. g. *ընկենուլ* III. pers. Aor. I. *ընկեաց* et *ընկէց*.

շարժեաց I. pers. շարժեցի, լից sive ելից I. pers. լցի, sed աղաց I. pers. աղացի. — Classium proprietates haec forma non tollit, sed literae characteristicae ց vocales, quibus alia conjugatio ab alia discernitur, anteponit; tantummodo in tertia conjugatione vocalis ու secundum pag. 85. ejicitur, in passiva vero vocalis ի ut supra in ե commutatur. e. g. գործեցի et աղացի, sed ընթերցայ pro ընթերնուցայ, et աշխատեցայ pro աշխատիցայ.

Imperativus negative expressus Indicativi Praesentis formam, ut supra §. 3. p. 191. vidimus, retinet, affirmative vero sumtus Indicativi Aoristorum formas servat, atque itidem secundam modo personam agnoscit. In numero plurali formam II. pers. Ind. tam act. quam pass. accurate reddit, in singulari vero primitus neglecto personae charactere in Activo et Passivo unam eandemque formam, participialem inquam, quae a III. pers. sing. Ind. non differt, habuit. cf. Թանալ I. pers. Aor. I. Թացի Imp. Թա՛ց — լալ I. pers. լացի Imp. լա՛ց — կալ I. pers. կացի Imp. կա՛ց — կեալ I. pers. կեցի Imp. կեա՛ց — լնուլ I. p. լցի Imp. լի՛ց — խնուլ I. p. խցի Imp. խի՛ց *) — կամիլ I. p. կամեցայ Imp. կամեա՛ց. Participium enim Praet. apud Armenios discrimen inter Activum et Passivum non agnoscit, atque in vernacula quoque lingua, ubi idem locum habet, idem Par-

*) Sed notatu dignum est, omnia haec verba activa in hac forma esse monosyllaba, alia vero, ac multa etiam ejusdem generis, in Activo aliam formam habere.

ticipium nonnunquam Imperativi loco ponitur. Ita e. g. verba միայն կամեայց, i. e. *βουλου μονον*, quae apud Eliseum p. 370. ed. Ven. leguntur, a nobis apte verti possunt „nur gewollt!" Jam vero serius discriminis ergo in forma activa litera ultima ց abjecta est, ac distinguitur itaque շարժեա i. e, *move* a շարժեայց i. e. *movere* seu *sine te moveri*, et scribitur լուա i. e. *lava* *), աղա i. e. *mole;* adeoque, id, quod in vulgari praesertim sermone in usu est, loco diphthongi եա apud recentiores legitur է e. g. շարժէ, իմաստասիրէ. Hae formae speciem quidem Praesentis prae se ferunt, sed quominus eas ab hoc deducamus, impediunt formae numeri pluralis շարժեցէք, աղացէք etc., atque etiam forma sing. լուա, quae a Praesenti formata sonare debuit լուանա. — Deinde vero etiam forma passiva paullum immutata est, et personae characterem in singulari quoque numero accepit. Sed loco formae II. pers. Ind. Aor., quae vocalem ա insertam habet, vocalis ի Passivo Praesentis propria ideo forsan inserta est, quod haud curatâ formae in literam ց desinentis origine notionis tantum, Imperativi nempe Praesentis, cujus vicem gerit, ratio habebatur. Ita scribitur e. g. գործեայց et գործեցիր, ac porro աղացիր, զգեցիր etc. Atque haec forma fere sola in verbis neutris et passivis conjugationis secundae

*) Veruntamen et haec forma passim pro forma passiva legitur, unde et է ejus loco reperitur, e. g. in forma խօսէ pro խօսեա, idque pro խօսեայց a խօսիլ.

et tertiae in usu est, rarius in secunda conjugatione ejus loco forma activa in vocalem ա, rarissime vero altera forma passiva in literam ց exiens reperitur. e. g. գողանալ Imp. գողացի՛ր — գլանալ Imp. գլացի՛ր — non vero գողա՛ s. գողա՛ց — գլա՛ s. գլա՛ց; sed գիտանալ Imp. գիտա՛ s. գիտացի՛ր — խմանալ Imp. խմա՛ s. խմա՛ց s. խմացի՛ր — մոռանալ Imp. մոռա՛ s. մոռացի՛ր — դողալ Imp. դողա՛ — ցնծալ Imp. ցնծա՛ etc.

Participii terminatio եալ tam activi quam passivi generis Infinitivo forsan cognata, quocum praesertim in Aor. II. saepe confunditur, et in casibus obliquis haud raro prorsus convenit, a III. pers. Ind. Aor. act. eâdem ratione, quâ reliquae ejusdem modi personae deducitur. cf. սիրել III. pers. Aor. I. սիրեաց Part. սիրեցեալ — սիրիլ Aor. I. սիրեցայ Part. սիրեցեալ — անսալ III. pers. Ind. Aor. I. անսաց Part. անսացեալ — մոռանալ Aor. I. մոռացայ Part. մոռացեալ — ընկենուլ III. pers. Ind. Aor. I. act. ընկեաց s. ընկէց *), et pass. ընկեցայ Part. ընկեցեալ etc. Flectitur haec forma, ut Infinitivus, ad quartam declinationem, et, ubi vox in fine crescit, secundum pag. 87. diphthongus եա in ե mutatur. e. g. սիրեցեալ Gen. սիրեցելոյ Instr. սիրեցելով Nom. pl. սիրեցեալք Gen. սիրեցելոց Instr. սիրեցելովք. Ita quidem a forma participiali denuo Participium descendit, sed, quum illa tantum Indicativi s. Imperativi notione adhibeatur,

---

*) Vide supra pag. 197. notam *).

ignoratâ plane notione primitivâ, ut in linguis, quas semiticas dicimus, ab eâ tanquam formâ primariâ altera deducitur.

Ab eadem forma in literam ց exeunte, atque eâdem ratione, quâ Part. Praet., si syllabam ող addideris, *Participium Praesentis*, quod dicitur, sive potius Adjectivum verbale formari potest. Reperitur haec forma sola in verbis conjugationis secundae, et in iis verbis tertiae conjug., quae Aoristi I. formam tuentur; in prima conjug. tam haec quam illa forma a Praesenti deducta occurrit, in quarta vero, nisi forte in verbis neutris, quum passivam notionem nunquam induat, non legitur, sed ejus loco forma Participii Praet. in եալ desinens usurpatur. Ita scribitur աղացող et լուացող, non vero աղող et լուանող, a verbis աղալ et լուանալ — ընթերցող, at non ընթեռնող a verbo ընթեռնուլ = գոլող et գոլեցող a verbo գոլել — sed a verbo գոլել tantum dicitur գոլեալ s. գոլեցեալ.

§. 7. *Futurum primum* ab eadem forma primitiva Aoristi I. in ց desinente deducta alterum ց cum terminatione Praesentis ei addit, ita ut Conjunctivi Aoristi formam prae se ferat, atque ad instar Conjunctivi Praesentis, quocum saepe confunditur, in Activo vocalem ե, in Passivo vero vocalem ի insertam habeat. At prius ց, ubi nullâ vocali interjectâ alterum praecedit, scilicet in II. et III. pers. Sing. et in tribus pluralis numeri personis secundum pag. 63. sq. evi-

tandae duritiei causa in literam ս plerumque transit *). In prima vero pers. Sing. personae character una cum vocali auxiliari ե seu ի abjicitur, atque inter duo ց vocalis auxiliaris inseritur, quam Aoristi formae, tam activa, quam passiva, suppeditant. In Activo nempe vocalis ի interponitur, quae in formis գործեցի, աղացի etc. apparet, in Passivo contra diphthongus seu vocalis longa այ, quae in formis գործեցայ, խոստացայ, ընթերցայ etc. cernitur. Ita igitur Activum a Passivo in I. pers. Sing. ad modum Aoristi, in reliquis vero personis ad modum Praesentis distinguitur, et oriuntur formae sequentes, quae eâdem ratione, quâ Aoristus I., conjugationum discrimina ostendunt: I. Conjug. սիրել Aor. I. սիրեցի Fut. I. pers. I. սիրեցից pers. II. սիրեսցես — II. Conjug. կարդալ Aor. I. կարդացի Fut. I. pers. I. կարդացից pers. II. կարդասցես — III. Conjug. ընկենուլ Aor. I. ընկեցի Fut. I. pers. I. ընկեցից pers. II. ընկեսցես — Conjug. pass. խօսիլ Aor. I. խօսեցայ Fut. I. pers. I. խօսեցայց pers. II. խօսեսցիս. Notandum porro, in II. pers. Plur. posterius ց secundum pag. 64. in literam ջ transire, eandemque formam haud raro **) cum II. pers. Plur. Conjunctivi Praesentis commutari. e. g. սիրեսջիք a սիրել — աղասջիք ab աղալ — ընկեսջիք ab ընկենուլ — sed

*) Sed retinetur quoque in verbis nonnullis duplex ց e. g. կացցես a կալ — ընթերցցիս ab ընթեռնուլ etc.

**) Praesertim in formis passivis, ut eae ab activis bene discernantur.

գործեսջիք et *գործիջիք* a *գործիլ* — *ասասջիք* et *ասիջիք* ab *ասիլ* etc.

Eadem forma accentu acuto secundum pag. 10. insignita, si primam modo personam Sing. exceperis, *Imperativi* vices gerit. Sed in II. pers. Sing. praeter formam regularem alia quoque reperitur, quae pro litera personae characteristica *ս*, quemadmodum jam supra pag. 191. in Imperativo Praesentis vidimus, literam *ր* adsumit, atque posterius *ց*, quod in Activo non minus quam in Passivo vocalis *ի* sequitur, secundum pag. 64., ut in II. pers. Plur. in *ջ* convertit. Ita dicitur, e. g. *սիրեցե՛ս* seu *սիրեսջի՛ր*, *սիրեցէ՛*, *սիրեցո՛ւք*, *սիրեսջի՛ք*, *սիրեցե՛ն* — *կարդացե՛ս* seu *կարդասջի՛ր* — *ընկեցե՛ս* seu *ընկեսջի՛ր* — *ընկեցի՛ս* seu *ընկեսջի՛ր* — atque etiam *ընթերցջի՛ս* seu *ընթերցջի՛ր* — *խօսեցի՛ս* seu *խօսեսջի՛ր* etc.

§. 8. *Aoristus secundus* in eo tantum ab Aoristo I. differt, quod literis conjugationum characteristicis aliisque literis sive syllabis, quae in Praesenti et Imperfecto adduntur, abjectis meram radicem verbi sive stirpem reddit. e. g. *հանել* Aor. II. *հանի* — *թողուլ* Aor. II. *թողի* — *հանիլ* Aor. II. *հանայ* — *թողուլ* Aor. II. pass. *թողայ* — *հատանել* Aor. II. *հատի* — *մատուցանել* Aor. II. *մատուցի* — *ծնանիլ* Aor. II. *ծնայ* — *առնուլ* Aor. II. *առի* — *զգօսնուլ* Aor. II. *զգօսայ* — *այտնուլ* pro *այտենուլ* Aor. II. *այտեայ* — *փախնուլ* seu *փախչիլ* pro *փախենուլ* seu *փախեչիլ* Aor. II. *փախեայ* — *երկնչիլ* pro *երկենչիլ* Aor. II. *երկեայ* etc.

In flexione ab Aoristo I. minime differt, ac modo animadvertendum est, augmentum in III. pers. Sing., quod in Aoristo I. rarius legitur, hîc saepissime occurri, quoniam multa verba abjecto omni additamento in hac persona monosyllaba fiunt. e. g. արկանել III. pers. Aor. II. արկ s. էարկ — հարկանել III. pers. Aor. II. հար s. եհար — թողուլ III. p. Aor. II. թող s. եթող. Saepius in hac forma toni causa secundum pag. 74. §. 10, 2. vocalis syllabae radicalis producitur, atque ի in ե seu է, ու in ոյ transit; vocales vero ե et ո non solent mutari. cf. լիզանել I. pers. Aor. II. լիզի III. pers. ելեզ — իջանել I. p. Aor. II. իջի III. p. էջ — կիզուլ I. p. Aor. II. կիզի III. p. եկէզ — մուծանել I. p. Aor. II. մուծի III. p. մոյծ seu եմոյծ — sed ելանել I. p. Aor. II. ելի III. p. ել — հեղուլ I. p. Aor. II. հեղի III. p. հեղ s, եհեղ — թողուլ I. p. Aor. II. թողի III. p. թող s. եթող. Nonnunquam vocalis radicalis, quae in forma Praesentis abjicitur, in hac tertiae personae forma redit; in quibusdam vero hujus generis verbis haec persona eaque sola Aoristi I. formam accepit, id quod praeter necessitatem deinde in alia etiam verba transiit. e. g. գտանել pro գիտանել I. pers. Aor. II. գտի III. pers. եգիտ — sed ստգտանել I. pers. Aor. II. ստգտի, in tertia vero persona non ստգիտ legitur, sed ստգտեաց — et լիզանել I. pers. Aor. II. լիզի III. pers. ելեզ, atque etiam լիզեաց.

A verbis conjugationis II. neque Aoristus II.

neque Futurum II. *) eorumve modi formantur, ideoque formae դարձ et բարձ non, ut supra pag. 63. diximus, pro stirpibus verborum դառնալ et բառնալ, sed pro tertia persona Aor. I. habendae sunt, atque contractae e formis primitivis դարձաց et բարձաց, quarum Infinitivi դարձանալ et բարձանալ in դառնալ et բառնալ abierunt.

Imperativi forma sing. activa a tertia persona Indicativi, si augmentum abjeceris, non solet differre. e. g. է՛ջ ab Inf. իջանել — մո՛յծ a մուծանել — հե՛ղ a հեղուլ — թո՛ղ a թողուլ — ցո՛յց cf. Ev. Matth. 8, 4. a ցուցանել; sed in verbis transitivis, iisque compositis, quorum membrum posterius est verbum ցուցանել, hoc fere totum abjicitur, atque pro ցո՛յց scribitur ցո՛ **), et in verbis, quae prius ց jam in Praesenti abjecerunt, tantummodo ո՛ †). e. g. ամբացուցանել III. p. Aor. II. ամբացոյց Imp. ամբացո՛ — արբեցուցանել III. p. Aor. II. արբեցոյց Imp. արբեցո՛ — թաքուցանել III. p. Aor. II. թաքոյց Imp. թաքո՛ — փլուզանել ††) III. p. Aor. II. փլոյզ Imp. փլո՛ — կորուսանել ††) III. p. Aor. II. կորոյս Imp. կորո՛. In verbis, quae formam Aoristi II. in tertia persona non agnoscunt, Imperativus quoque ad normam Aoristi I. for-

---

*) Excipias modo verba irregularia գալ et տալ.

**) Nempe ց posterius cum ց characteristico Aoristi I. confundebatur.

†) Vide pag. 31. sq.

††) Nam literae զ et ս in his verbis literae ց vicem gerunt.

matur. e. g. զատանել I. p. Aor. զատի III. p. զատեաց Imp. զատեա՛ — ստգտանել I. p. Aor. ստգտի III. p. ստգտեաց Imp. ստգտեա՛ — atque etiam լիզանել I. p. Aor. լիզի III. p. ելեզ et լիզեաց Imp. լիզեա՛ *). In Passivo II. pers. Sing. Imp. ad analogiam Aoristi I. syllabam իր addit, quoniam sine additamento ab Imperativo Aor. I. non differret: in plurali vero numero Indicativi Aoristi forma retinetur. cf. հանել Imp. act. հա՛ն Imp. pass. հանի՛ր plur. հանա՛յք s. հանարո՛ւք — հատանել Imp. act. հա՛տ Imp. pass. հատի՛ր plur. հատա՛յք s. հատարո՛ւք — թողուլ Imp. act. թո՛ղ pass. թողի՛ր plur. թողա՛յք s. թողարո՛ւք — atque similiter in verbis cum ուցանել compositis, quae Aoristi I. speciem prae se ferunt, e. g. մատուցանել Imp. act. մատո՛ pass. մատուցի՛ր plur. մատուցա՛յք s. մատուցարո՛ւք.

Participium act. et pass. ut in Aoristo I. a tertia persona Sing. Ind., additâ syllabâ եալ formatur. e. g. անիծանել III. p. Aor. II. անէծ Part. անիծեալ cf. pag. 83. — բեկանել III. p. Aor. II. եբեկ Part. բեկեալ — սպանանել III. p. Aor. II. սպան Part. սպանեալ — լուծանել III. p. Aor. II. ելոյծ Part. լուծեալ sec. p. 86. — atque in prima et quarta seu passiva conjugatione haec forma in iis etiam verbis reperitur, quae Aoristi II. formam non habent. e. g. սիրել III. p. Aor. սիրեաց Part.

---

*) Ac reperitur etiam Imp. Aor. I. ելուզեա՛ ab ելուզանել, cujus Indicativus nonnisi Aoristum II. agnoscit.

սիրեցեալ et սիրեալ — շարժիլ III. p. Aor, շարժեցաւ Part. շարժեցեալ et շարժեալ.

Eâdem ratione *Participium Praesentis* quod dicitur, syllabâ ող adjectâ formatur, id quod in iis tantum verbis conspicitur, quae in Praesenti formam auctam habent. e. g. հաստանել Part. հաստանող a forma Praesentis, sed հաստող ab Aoristi forma, in aliis vero cerni non potest, cf. Part. հանող tam a forma Praesentis հանել, quam a forma Aoristi հան: atque itidem թողող a թողուլ sive a թող, եթող.

§. 9. Futurum II. eodem plane modo, quo Futurum I. ab Aoristo II. deducitur, easdemque, quas in Futuro I. vidimus, terminationes servat. e. g. հանել Aor. II. հանի, հան s. եհան Fut. II. act. S. p. I. հանից II. p. հանցես, et in II. p. Plur. literâ ց sec. pag. 64. in ջ mutatâ հանջիք, pass. հանայց, հանցիս, հանջիք *) — հաստանել Aor. II. p. I. հաստի III. p. եհաստ s. հաստ Fut. II. act. հաստից II. p. հաստցես II. p. Plur. հաստջիք, pass. հաստայց, հաստցիս, հաստջիք — թողուլ Aor. II. p. I. թողի III. p. եթող s. թող Fut. II. act. p. I. թողից II. p. թողցես II. p. Plur. թողջիք, pass. թողայց, թողցիս, թողջիք. In verbis cum ցուցանել compositis Futurum II. **) formam quasi Futuri I. induens literam ց radicalem, ubi alterum ց, quod formae debetur, nullâ vocali interjectâ praecedit, sec. pag. 64. in ս convertit. e. g.

*) Ita in II. pers. Plur. Activum a Passivo non discernitur.

**) cf. §. 7.

մատուցանել Aor. II. մատուցի Fut. II. act. p. I. Sing. մատուցից p. II. մատուսցես II. p. Plur. մատուսջիք, pass. մատուցայց, մատուսցիս, մատուսջիք. — Juxta hanc formam in II. pers. Plur. alia quoque exstat, ut in Fut. I. a Conjunctivo Praesentis desumta, sed pro ցէք aut ցիք in syllabam ջիք desinens. *) e. g. act. et pass. հանիջիք ad formam հանիցէք aut հանիցիք pro հանջիք — հատանիջիք ad formam հատանիցէք aut հատանիցիք pro հատջիք — մատուցանիջիք ad formam մատուցանիցէք aut մատուցանիցիք pro մատուսջիք.

Eadem forma praeter personam primam singularis numeri *Imperativi* loco usurpatur. e. g. act. հանցե՛ս, հանցէ՛, հանցո՛ւք, հանջի՛ք seu հանիջի՛ք, հանցե՛ն, pass. հանցի՛ս, հանցի՛ etc. Sed in II. pers. Sing. saepius, id quod Imperativo proprium esse jam supra §. 3. pag. 191. et §. 7. pag. 203. vidimus, pro ս litera ր sumitur, quam vocalis ի in Activo et Passivo praecedit; unde efficitur, ut ց characteristicum ut in II. pers. Plur. in ջ transeat; e. g. հանջի՛ր pro հանցե՛ս et հանցի՛ս — հատջի՛ր pro հատցե՛ս et հատցի՛ս — մատուսջի՛ր pro մատուցե՛ս et մատուսցի՛ս — թողջի՛ր pro թողցե՛ս et թողցի՛ս; ac deinde **) ad normam Conjunctivi Praesentis scribitur quoque հանիջի՛ր pro հանջի՛ր — մատուցանիջի՛ր pro մատուսջի՛ր — հատանիջի՛ր pro հատջի՛ր.

*) Hinc in tertia conjugatione ejusmodi forma non reperitur; nam թողուցուք est merus Conjunctivus, atque pro թողուջիք scribendum erat թողիջիք, quod huic conjugationi non conveniret.

**) Exceptis ut supra tertiae conjugationis verbis.

§. 10. Praeter haec *tempora simplicia* alia haud pauca exstant *composita*, quae e Participiis cum verbo substantivo conjunctis oriuntur. Ita e Participio Praeteriti, quod activi simul et passivi generis est, formatur

a, *Perfectum* seu tempus praesens rei perfectae. e. g. մատուցեալ եմ i. e. *porrexi* aut *porrectus sum*, Conj. մատուցեալ իցեմ i. e. *porrexerim* aut *porrectus sim*, Inf. մատուցեալ ել i. e. *porrexisse* aut *porrectum esse*.

b, *Plusquamperfectum* sive tempus praeteritum rei perfectae. e. g. մատուցեալ էի i. e. *porrexeram* aut *porrectus eram*.

c, *Futurum exactum* seu tempus futurum rei perfectae. e. g. մատուցեալ եղէց i. e. *porrexero* aut *porrectus ero*.

Sed idem Participium Praet. cum Praesenti verbi լինել i. e. *fieri* conjunctum non Perfectum, sed, uti in vernacula lingua, Passivum Praesentis format, idque praesertim in verbis conjugationis secundae et tertiae, quorum forma passiva in ի desinens raro legitur. e. g. բացեալ լինիմ i. e. *aperior* „ich werde geöffnet" a բանալ i. e. *aperire* — լցեալ լինիմ i. e. *impleor* „ich werde gefüllt" a լնուլ i. e. *implere*. Sed occurrit etiam շարժեալ seu շարժեցեալ լինիմ pro շարժիմ i. e. *moveor* „ich werde bewegt," atque բանամ et լնում notione passiva.

E Participiis Futuri, quae itidem notione activa et passiva usurpantur, formatur

a, *Tempus praesens rei inchoandae* e. g. մատուցանելոց seu մատուցանելի եմ i. e. *porrecturus sum* aut *porrigendus sum*, Conj. մատուցանելոց seu մատուցանելի իցեմ i. e. *porrecturus sim* aut *porrigendus sim*, Inf. մատուցանելոց seu մատուցանելի ել i. e. *porrecturum esse* aut *porrigendum esse*.

b, *Tempus praeteritum rei inchoandae* e. g. մատուցանելոց seu մատուցանելի էի i. e. *porrecturus eram* aut *porrigendus eram*.

c, *Tempus futurum rei inchoandae* e. g. մատուցանելոց seu մատուցանելի եղէց i. e. *porrecturus ero* aut *porrigendus ero*.

DE PERSONIS.

§. 11. Personarum characteres singulis literis consonantibus constant, quae a Pronominibus descendentes vocali praepositâ variis verborum formis adduntur. Sed, quum in his terminationibus secundum tempora et modos variatio quaedam conspiciatur, de his jam singulatim disputare in animo est.

§. 12. In Indicativo et Conjunctivo *temporis praesentis* terminationes personarum iis, quas in lingua sanscrita aliisque cum hac cognatis cernimus, simillimae videntur. *Primae* enim *personae Sing.* character est litera մ, quam ex stirpe pronominali I. pers. in formis իմ, մեզ, մեր etc. conspicua ortam esse patet. Hanc literam, ut et reliquos personarum characteres in Indica-

tivo praecedunt vocales conjugationum characteristicae ե, ա, ու, ի, e. g. գործեմ, բանամ, ընկենում, խօսիմ, itemque in Conjunctivo conjugationis tertiae et quartae*), e. g. ընկենուցում, խօսիցիմ; in verbis vero primae et secundae conjugationis Conjunctivus vocalem auxiliarem ե accipit. e. g. գործիցեմ, բանայցեմ. *Secundae personae Sing.* litera characteristica est ս, quae, ut in lingua sanscrita**) etc. ex Pronomine II. pers. videtur esse derivanda. e. g. գործես et գործիցես, բանաս et բանայցես, ընկենուս et ընկենուցուս, խօսիս et խօսիցիս. *Tertia persona Sing.*, ut in verbis Graecorum in ω desinentibus, omnis characteris expers in vocales conjugationum characteristicas exit; sed, quum ե nunquam, ա vero rarissime tantum in fine verborum positum sit, illud in է transit, huic vero յ additur. e. g. գործէ et գործիցէ, բանայ et բանայցէ, ընկենու et ընկենուցու, խօսի et խօսիցի. *Prima persona Plur.* ab eadem persona Sing. additâ tantum numeri notâ ք, de qua jam supra pag. 96. sq. disputavimus, formatur; atque ita exoriuntur formae գործեմք et գործիցեմք, բանամք et բանայցեմք, ընկենումք et ընկենուցումք, խօսիմք et խօսիցիմք. Eâdem ratione *secunda persona Plur.* formatur, sed abjectâ terminatione personali sec. pag. 74. §. 10, 2. vocalis ե in է,

*) cf. p. 190 sq.

**) cf. Bopp krit. Grammatik der Sanskrita-Sprache in kürzerer Fassung Berl. 836. §. 272. pag. 144 sq.

et ա in այ transit, ու*) vero et ի**) contra regulam remanent. cf. գործէք et գործիցէք, բանայք et բանայցէք, ընկենուք et ընկենուցուք, խօսիք et խօսիցիք. *Tertiae personae Plur.* litera characteristica est ն, ut in formis Graecorum ἔτυπτον, ἔτυψαν etc., quam e stirpe pronominali ն***) enatam esse dixerim. cf. գործեն et գործիցեն, բանան et բանայցեն, ընկենուն et ընկենուցուն, խօսին et խօսիցին.

Imperativus negative expressus, ut jam supra pag. 191. vidimus, ab Indicativo Praesentis in eo tantum differt, quod in numero singulari pro ս literam ր habet. Itaque formae ejus sunt sequentes: մի գործեր et մի գործէք, մի բանար et մի բանայք, մի ընկենուր et մի ընկենուք, մի խօսիր et մի խօսիք.

§. 13. *Imperfectum* Aoristorum analogiam sequens terminationum respectu habito a Praesenti duplici ratione deflectit. Primum enim inter vocales conjugationum characteristicas et personarum characteres, si tertiam personam Sing. exceperis, vocalis ի, et in I. pers. Plur. ա inseritur; deinde vero personae ipsae aliâ ratione designantur. *Prima* enim *persona Sing.* in ի exiens omnis characteris expers est. cf. սիրէի, խոստանայի, թողուի, խօսէի †). *Secunda*

---

*) Sed reperitur quoque թողոյք pro թողուք.

**) Scilicet ne cum forma activa confundatur.

***) Vide supra p. 171. et 174.

†) cf. pag. 194 et pagg. 80 et 83.

persona Sing. pro ս, ut Imperativus, literam ր accipit. e. g. սիրէիր, խոստանայիր, Թողուիր, խօսէիր. Eadem litera ր vocali auxiliari, ut modo diximus, abjectâ in *tertia* quoque *persona Sing.* apparet; sed hîc significatione carens ex secunda persona irrepsit tantum, ut tam a prima hujus temporis, quam a tertia pers. Sing. Praesentis bene discerneretur. Ita ortae sunt formae սիրէր, atque sec. pag. 74. §. 10, 2. աղայր et Թողոյր pro աղար et Թողուր, quae formae cum II. pers. Sing. Imperat. negat. facile confunderentur. In conjugatione passiva ad formam primae conjugationis է scribi solet, e. g. խօսէր pro խօսիր; saepissime vero etiam inter ի et ր litera ւ inseritur, quam characteristicam et ex Pronomine pers. իւ s. եւ *) exortam esse dixerim. Itaque reperitur խօսէր et խօսիւր **). *Prima persona Plur.* nonnisi numeri notam retinens in աք desinit, ut a *persona secunda Plur.* in էք pro իք desinente recte distinguatur. cf. I. pers. Plur. սիրէաք, աղայաք, Թողուաք, խօսէաք. II. pers. Plur. սիրէիք, աղայիք, Թողուիք, խօսէիք. *Tertia* denique *persona Plur.*, ut in omnibus tempori-

*) Vide supra pag. 170 sq.

**) Apud Faust. Byz. pag. 69. legitur տեսանոյր pro տեսանէր i. e. *videbat.* Haec forma sive a verbo obsoleto տեսանում derivanda, sive, ut jam supra pag. 88. innuimus, pro տեսանիւր sive potius տեսանեւր scripta est. Quod si recte dictum est, apparet, hanc personam in aliis quoque conjugationibus, in prima certe, literam characteristicam habuisse.

bus ac modis, literam characteristicam ն habet, de qua jam §. 12. disputavimus. e. g. սիրէին, աղային, թողուին, խօսէին.

§. 14. In *Aoristis*, quorum terminationes personales invicem non diversae sunt, forma tantum activa *) quoad vocalem auxiliarem a passiva discrepat. Haec enim vocalem ա per omnes personas utriusque numeri retinet, illa vero, activa nempe, tertiae personae Sing. tanquam formae primitivae in reliquis personis vocalem ի proprie addit, ita ut hae terminationes terminationibus Imperfecti simillimae fiant. Ac *prima* quidem *persona Sing.* utriusque Aoristi ad modum Imperfecti charactere personali carens in vocalem auxiliarem desinit. e. g. սիրեցի, հատի a հատանել, մատուցի a մատուցանել, աղացի, թողի, ընկեցի ab ընկենուլ, et խօսեցայ. **) In *secunda persona Sing.*, ut in Imperfecto, litera ր characteristica est, quam in forma activa ե pro ի praecedit, ne in Aor. I. cum forma Imperativi passivi, in Aor. II. cum eadem aut Imperativi negat. forma confundatur. cf. սիրեցեր, հատեր, հաներ a հանել, մատուցեր, աղացեր, թողեր, ընկեցեր, խօսեցար etc. *Tertia persona Sing.* in Activo, ut in dialectis semiticis, signo characteristico caret, atque in Aor. II. solâ radice constat, in Aor. I. formam, quam supra pag. 198. sq.

---

*) cf. pag. 195. sq.

**) cf. pag. 32.

participialem diximus; continet. e. g. եհան*) s. հան a հանել, եհատ s. հատ a հատանել, մատոյց sec. pag. 86. a մատուցանել, սիրեաց sec. pag. 77. sq. a սիրել, աղաց ab աղալ, եթող s. թող a թողուլ, ընկեաց s. ընկէց cf. pag. 197. nota *) ab ընկենուլ**). Forma vero passiva literam characteristicam ւ ex Pronomine tertiae pers.***) enatam addit. e. g. խօսեցաւ a խօսիլ. In *prima persona Plur.* utraque forma, activa et passiva, abjecto charactere personali, ut in Imperfecto, in աք exit. e. g. հանաք, հատաք, մատուցաք, սիրեցաք, աղացաք, թողաք, ընկեցաք, խօսեցաք. *Secunda persona Plur.* in activa forma ad modum Imperfecti in իք, aut, ut litera characteristica ejecta compensetur, sec. pag. 74. §. 10, 2. in էք, passiva vero eâdem de causa in այք, sive retento charactere in արուք sec. pag. 84. pro արք desinit. e. g. հատիք s. հատէք, սիրեցիք s. սիրեցէք, աղացիք s. աղացէք, թողիք s. թողէք, ընկեցիք s. ընկեցէք, խօսեցայք s. խօսեցարուք. *Tertia persona Plur.* literam characteristicam ն tam activae quam passivae formae addit. e. g. հատին, սիրեցին, աղացին, թողին, ընկեցին, խօսեցան.

In *Imperativo* eodem modo duae formae,

---

*) Augmentum enim sec. pag. 196. sq. in formis monosyllabis praefigi solet.

**) In sola forma եկն i. e. *venit* a գալ litera characteristica ն reperitur, ex Pron. III. pers. exorta, quae alibi tertiae pers. Plur. nota est.

***) cf. pag. 170. sq.

activa et passiva, dignoscuntur, quae, quomodo in Singulari ab Indicativis differant, jam supra pag. 199. sq. et pag. 203. dictum est; in Plurali vero formae illius modi servantur, modo teneas, in Activo nonnisi formam in էք exeuntem legi. e. g. II. pers. Sing. act. սիրեա՛, հա՛ն, աղա՛, ընկեա՛, թո՛ղ, pass. խօսեա՛ց s. խօսեցի՛ր etc. II. pers. Plur. act. սիրեցէ՛ք, հանէ՛ք, աղացէ՛ք, ընկեցէ՛ք, թողէ՛ք, pass. խօսեցա՛յք s. խօսեցարո՛ւք etc.

§. 15. Ut Aoristi cum Imperfecto, ita Futura in flexione cum Praesente mirum quantum consentiunt, licet et haec hîc illic quodammodo deflectant. Ac *prima* quidem *persona Sing.* tanquam ab eadem Aoristi persona deducta charactere personali caret, ut jam supra pag. 202. demonstravimus. In *secunda* vero *persona Sing.* litera ս, ut in Praesente, characteristica est, quam in formis activis vocalis ե, in passivis autem ի praecedit. e. g. սիրեսցես, հանցես, հատցես, մատուսցես pro մատուցցես *), աղասցես pro աղացցես, թողցես, ընկեսցես pro ընկեցցես, խօսեսցիս pro խօսեցցիս. *Tertia persona Sing.* sine litera characteristica in Activo in է, in Passivo in ի desinit. e. g. սիրեսցէ, հատցէ, աղասցէ, թողցէ, ընկեսցէ, խօսեսցի. Sed *prima* et *secunda persona Plur.* activam formam a passiva non distinguunt; illa enim abjectâ vocali auxiliari ե vel ի, atque literâ characteristicâ մ in vocalem huic nasali similem ու

*) Vide supra pag. 201.

	Indicativus.	
Praesens.	Sing. եմ, ես, է Plur. եմք, էք, են	իցեմ, իցեմք,
Imperf.	Sing. էի, էիր, էր Plur. էաք, էիք, էին	իցէի իցէ

	Indicativus.	
Praesens.	Sing. գոմ, գոս, գոյ Plur. գոմք, գոյք, գոն	— —
Imperf.	Sing. — գոյիր, գոյր Plur. — — գոյին	

mutatâ terminationem ուք habet; haec vero charactere personali carens sec. pag. 202. in syllabam ջիք semper exit. e. g. I. p. Pl. սիրեսցուք, հատուցուք, աղասցուք, թողցուք, ընկեսցուք, խօսեսցուք — II. p. Pl. սիրեսջիք, հատջիք, աղասջիք, թողջիք, ընկեսջիք, խօսեսջիք — atque etiam ad normam Conjunctivi Praesentis sec. pag. 202. scribitur հատանիջիք pro հատջիք, խօսիջիք pro խօսեսջիք. In *tertia persona Plur.* literam characteristicam ն in Activo vocalis ե, in Passivo ի antecedit. cf. սիրեսցեն, հատցեն, աղասցեն, թողցեն, ընկեսցեն, խօսեսցին.

Imperativum cum Futuro in omnibus fere personis convenire, atque in secunda tantum persona Sing. ab eo discedere jam supra pagg. 203. et 208. dictum est.

Jam vero his expositis ad flexionem verbi substantivi, ac deinde ad singulas verborum conjugationes transeamus.

DE VERBO SUBSTANTIVO.

§. 16. In lingua armeniaca exstant quatuor verba substantiva, quorum duo ել et գոլ significant *esse*, duo vero լինիլ et եղանիլ *fieri* denotant. In his ել, quod verbo sanscrito *as* respondet, et լինիլ pro meris Copulis habenda sunt, գոլ vero sanscrito *bhû* respondens et եղանիլ *existentiae* atque *ortus* notionem habent, licet posterius in temporibus, quae supra pag. 189. generalia diximus, Copulae instar adhibeatur, et formas, quae reliquis desunt, suppeditet. — Sequens tabula integram substantivorum praebet conjugationem.

§. 17. Verbum substantivum ել, ut duo sequentia, defectivum est, ac nonnisi in formis cum Praesente cohaerentibus legitur. Veruntamen non omnes modi huc spectantes occurrunt; nam Participium Futuri in ի exiens deest, ac non minus desideratur Participium Praesentis quod dicitur, quoniam forma եող, qualis esse debuit, linguae indoli repugnat. Ejus loco, ut in verbis passivis *) forma Participii Aoristi եալ abjectâ radice pro եեալ aut եղեալ; licet Indicativus non legatur, in usu est. Atque similiter Imperativus ab Indicativo Praesentis formatus, veluti Imperativus Aoristi, sine negatione **) usurpatur, et in II. pers. Plur. duplicem formam էք et երուք retinet, quemadmodum verba passiva in eadem persona terminationes այք et արուք habent.

§. 18. Formae verbi գոլ pauciores adhuc supersunt. In III. pers. Sing. Indicativi Praesentis litera յ in fine additur sec. pag. 71., idemque ob ejectam literam characteristicam in II. pers. Plur. locum habet. In Conjunctivo Praesentis, cujus tertiae tantum personae leguntur, vocalis ո in breviorem ու transit, quia tonus in syllabam sequentem recedit. Denique in Participio Praesentis, et Imperfecti personis II. Sing. et III. Plur.

---

*) cf. pag. 201.

**) Sed in certis tantum quibusdam locutionibus, veluti ողջ եր i. e. *salvus esto*.

litera յ sec. pag. 75. §. 10, 5. inseritur, eaque sec. pag. 213. in III. pers. Sing. retinetur.

§. 19. Verbum լինել in Praesenti et Imperfecto easdem, quas verba passiva, terminationes habet. Ab Aoristo II., cujus Indicativus non legitur, formatum exstat Participium, quod abjectâ literâ ն sec. pag. 203. լիեալ, ac deinde etiam, ut evitetur hiatus, լեալ, sonat. Imperativus ad modum verborum passivorum literam ր in Singulari, ac saepius quoque in Plurali retinens eâdem ratione լեր et լերուք pro լիեր seu լիիր et լիիրուք, լիերուք, aut լիարուք scribitur. Sed reperitur quoque forma լիք pro լիայք aut լիիք. In Futuro prima persona Sing. contra regulam supra pag. 216. traditam, sed reliquis personis consentanee terminationem personalem իմ retinuit.

§. 20. Inter verba substantiva solum verbum եղանիլ Indicativum Aoristi II. servavit, cujus personae singulae a reliquis verbis paullum deflectunt. In prima enim persona Sing. praeter formam եղայ, quae rarius legitur, alia quoque եղէ exstat, quae sive sec. pag. 86. pro եղայ scripta, sive ex productione literae ի sec. pag. 83. enata est. Haec vocalis longa in tertia persona Sing. abjici non potuit, sed additâ literâ ւ quemadmodum in forma passiva*), in ե mutata est, unde forma peculiaris եղև exoritur. Prima persona Plur.

*) cf. supra pag. 215.


modo a forma եղայ deducta եղաք, modo ab եղէ formata եղեաք scribitur, atque similiter secunda persona modo եղէք modo եղայք sonat; tertia vero activam tantum formam եղեն habet. — Imperativus passivam formam imitans sec. pag 206. in II. pers. Sing. terminationem իր accipit, in Plurali vero terminationem երուք habet pro արուք, tanquam a II. pers. Sing. Ind. additâ numeri notâ *) deductam. — Prima persona Sing. Futuri sive modo regulari **) a I. pers. Sing. Aoristi formata in literam ց desinens եղէց sonat, sive, ut verbum լինիլ, de quo modo diximus, terminationem personalem vocali է in ի mutatâ retinet, eamque, ut in Praesenti, ad instar verborum passivorum իմ, aut ad analogiam verborum activorum եմ. Ita oriuntur formae եղիցիմ et եղիցեմ, atque eâdem ratione in persona secunda եղիցիս et եղիցես. Sed in tertia persona Sing. et Plur. passiva semper forma legitur.

§. 21. Sequens tabula conspectum praebet omnium conjugationum.

Paradigmatum loco sumsimus verba Conj. I. սիրել i. e. *amare*, Conj. II. աղալ i. e. *molere*, Conj. III. թողուլ i. e *sinere*, Conj. pass. խօսիլ i. e. *loqui*. Sed, quum, ut supra pag. 195. diximus, verba, quae in Aor. I. et Fut. I. leguntur, formas Aoristi II. et Futuri II. plerumque non habeant: in conjugationum I., III. et IV. formis, quae illis desunt, in eorum

*) cf. supra pag. 215.

**) Vide supra pag. 202.





locum alia substituenda erant, quibus reliquae formae suppeditarentur, in prima nempe conjugatione verbum հանել i. e. *detrahere*, in tertia լնուլ i. e. *implere*, cui in Fut. I. verbum ընկենուլ i. e. *projicere* adjungendum duximus, et in quarta denique Passivum verbi հանել. Caeterum terminatio Aoristorum et Futurorum passiva non solis verbis quartae seu passivae conjugationis propria est, verum etiam in verbis neutris et deponentibus, quae dicuntur, trium priorum conjugationum, atque si verba earum activa passivam notionem induunt, reperitur. e. g. Act. սիրեմ Aor. I. սիրեցի, sed Pass. սիրիմ i. e. *amor* Aor. I. սիրեցայ — հեծանիմ i. e. *equo vehor* Aor. II. հեծայ — խոստանամ i. e. *polliceor* Aor. I. խոստացայ — թողում Aor. II. act. թողի, Aor. II. pass. թողայ — զբօսնում i. e. *laetor, delector* Aor. II. զբօսայ — ընթեռնում i. e. *lego* Aor. I. ընթերցայ etc. Sed paradigmata harum conjugationum cum terminatione passiva proponere supersedimus, quum in Aoristis et Futuris a conjugatione quarta non deflectant, in Praesenti vero et Imperfecto sive ad eandem flectantur, sive activam formam retineant.

Apparet simul ex hac tabula, quum Imperfectum et Futura a Praesente et Aoristis descendant, harum formarum cognitionem ad reliquas supplendas sufficere, unde in Lexicis hae tantum plerumque afferuntur. Sed quoniam tertia pers. Sing. Ind. Aoristorum sec. pagg. 196. sq. et 204.

subinde a reliquis paullum deflectit, atque Imperativi Aoristorum, cf. pagg. 198. sq. et 205. sq. in verbis haud paucis ratione diversa formantur, nonnunquam et hae formae addendae sunt.

CONJUGATIO PRIMA.

§. 22. Primae conjugationi omnium ditissimae adnumerantur imprimis multa verba activa, quorum Passiva in omnibus temporibus ac modis quartam conjugationem sequuntur. Sed pertinent huc quoque haud pauca verba neutra, quae formas activas ubique retinent. e. g. ամաչել i. e. *erubescere* Aor. I. ամաչեցի — ապաշխարել i. e. *poenitere*, Aor. I. ապաշխարեցի — յամել i. e. *morari* Aor. I. յամեցի — չուել i. e. *ire, proficisci* Aor. I. չուեցի etc. Porro huc referenda sunt permulta verba, quae in Praesenti et Imperfecto literam ն radici additam habent, quam in reliquis formis abjiciunt; atque haec ut plurimum *) Aoristi I. et Futuri I. formas respuunt. cf. անիծանել i. e. *exsecrari* Aor. II. անիծի III. pers. Sing. անէծ sec. pag. 83. — բեկանել i. e. *rumpere* Aor. II. բեկի III. p. S. եբեկ — գտանել i. e. *invenire* Aor. II. գտի III. p. S. եգիտ sec. pag. 204. — լուծանել i. e. *solvere* Aor. II. լուծի III. p. S. ելոյծ sec. pag. 86. etc. **) His accensendum

*) cf. tamen pagg. 204. et 205. sq.

**) Sed cave, ne omnia verba, quae literam ն ante terminationem habent, huc trahas. In multis enim haec litera radicalis est, atque igitur in omnibus formis remanet. e. g.

quoque est verbum ցուցանել i. e. *ostendere, declarare* cum compositis suis. Hoc enim radicibus verborum intransitivorum additum transitiva, transitivis vero adjectum dupliciter transitiva seu transitiva in alterum format. e. g. ամրանալ i. e. *firmum esse* Aor. I. ամրացայ, transit. ամրացուցանել i. e. *firmum declarare, firmum reddere* — դառնանալ i. e. *amarum esse* Aor. I. դառնացայ transit. դառնացուցանել i. e. *amarum reddere* — ապրիլ i. e. *liberari* Aor. I. ապրեցայ transit. ապրեցուցանել i. e. *liberare* — արբենալ i. e. *inebriari* Aor. I. արբեցայ transit. արբեցուցանել i. e. *inebriare* — կեալ i. e. *vivere* Aor. I. կեցի transit. կեցուցանել i. e. *vivum reddere* — զգենուլ i. e. *induere* Aor. I. զգեցայ dupl. trans. զգեցուցանել i. e. *facere, ut aliquis induat* — լնուլ i. e. *implere* Aor. I. լցի dupl. transit. լցուցանել i. e. *facere, ut aliquis impleat* — լսել i. e. *audire* Aor. I. լսեցի dupl. trans. լսեցուցանել i. e. *facere, ut aliquis audiat.* Sin vero verba, quibus illud adnectitur, Aoristi II. formam retinent, prima verbi ցուցանել litera in compositione abjicitur *), e. g. թաքչիլ pro թաքեչիլ i. e. *se abscondere* Aor. II. թաքեայ transit. թաքուցանել i. e. *abscondere* — սնանիլ i. e. *nu-*

գանել i. e. *verberare* a գան i. e. *verbera* Aor. I. գանեցի — ըմբերանել i. e. *os alicui claudere, taciturnum aliquem reddere* a բերան i. e. *os* Aor. I. ըմբերանեցի — ըմբռնել i. e. *prehendere* a բուռն i. e. *pugnus* Aor. I. ըմբռնեցի. etc.

*) Hinc dubitandum, utrum in illis prioribus prius ց ad verbum ցուցանել, an ad formam Aoristi I. pertineat.

triri Aor. II. սնայ transit. սնուցանել i. e. *nutrire* — մեղանչել i. e. *peccare* Aor. II. մեղայ dupl. transit. մեղուցանել i. e. *facere, ut aliquis peccet* — լսել i. e. *audire* Aor. II. լուայ dupl. trans. լսուցանել i. e. *facere, ut aliquis audiat* — ճանաչել pro ճանիչել i. e. *cognoscere* Aor. II. ծանեայ dupl. trans. ծանուցանել i. e. *facere, ut aliquis cognoscat.* — Deinde vero etiam fit, ut, si ultima prioris verbi litera ւ est, alterum ց verbi additi in զ transeat. e. g. ելանել i. e. *exire* Aor. II. ելի, unde ելուզանել i. e. *producere* — ընկլնուլ i. e. *immergi* Aor. II. ընկլայ transit. ընկլուզանել i. e. *immergere* — փլանիլ i. e. *corruere* Aor. II. փլայ trans. փլուզանել i. e. *destruere, evertere.* In verbo կորուսանել i. e. *perdere* a կորնչիլ i. e. *perire* Aor. II. կորեայ eadem litera in ս mutata est, atque item verbum մուծանել i. e. *introducere* pro մտուցանել scriptum, et a verbo մտանել i. e. *intrare* Aor. II. մտի derivandum esse videtur. In his verbis compositis alterum ց pro litera Aoristi I. characteristica habitum in Imperativo, ut jam supra pag. 205. diximus, abjicitur, id quod etiam in verba, quae զ aut ս ejus loco assumunt, transiit *); in Futuro vero idem ց sec. pag. 207. sq. eâdem de causa in ս mutatur. cf. Imp. ամբարցո́ Fut. II. p. I. S. ամբարցուցից p. II. ամբարցուցես etc. — Imp. արբեցո́ Fut. II. p. II.

*) Sed verbum մուծանել, cujus origo minus patet, in Imperativo sonat մոյծ.

յարբեցուսցես — Imp. թաքո՛ a թաքուցանել — Imp. ընկլո՛ ab ընկլուզանել — փլո՛ a փլուզանել — կորո՛ a կորուսանել — sed ab ելուզանել Imperativus formatur ad Aoristi I. formam ելուզեա՛, atque itidem ab ընդելուզանել Imp. ընդելուզեա՛, et a յելուզանել Imp. յելուզեա՛.

In Aoristorum formis, iisque, quae ab his derivantur, verba nonnulla paullum deflectunt. Huc referenda primam sunt verba: ասեմ i. e. *dico*, գիտեմ i. e. *scio*, կարեմ i. e. *possum*, quae in Praesenti et Imperfecto ad primam, in reliquis formis ad secundam conjugationem flectuntur. e. g. Praes. Ind. ասեմ, ասես, ասէ, ասեմք, ասէք, ասեն Conj. ասիցեմ etc. Imperat. մի՛ ասեր, մի՛ ասէք Part. ասող, Inf. ասել Part. Fut. ասելոց et ասելի Imperf. ասէի, ասէիր, ասէր, ասէաք, ասէիք, ասէին. Sed Aor. I. Ind. ասացի, ասացեր, ասաց etc. Imp. ասա՛, ասացէ՛ք Part. Praes. ասացող, Part. Aor. I. ասացեալ Fut. I. Ind. ասացից, ասասցես, ասասցէ etc. —*գիտեմ Aor. I. գիտացի etc., sed in Imperativo tres formae reperiuntur, nempe գիտա՛, et գիտացի՛ր cf. pag. 200., atque etiam, idque saepius, գիտեա՛ tanquam ab Indicativo գիտեցի; Fut. I. Ind. գիտացից, գիտասցես etc. — կարեմ Aor. I. Ind. կարացի *) Imp. կարացի՛ր. — Ex his verbum կարել Passivo caret, գիտել in Passivo verbum subst. լինել sec. pag. 209. adjunctum habet: Praes. գիտացեալ լինիմ etc., ասել vero in Passivo retentâ

*) Sed կարեմ Aor. I. կարեցի significat *suere*.

modo literâ conjugationis secundae characteristicâ quartam conjugationem sequitur; Praes. Ind. ասիմ Aor. I. Ind. ասացայ Fut. I. Ind. ասացայց, ասասցիս etc. Imp. Futuri ասասցիս s. ասասջիր sive etiam ad normam Conj. Praes. ասիջիր.

Pertinent huc porro verba առնեմ i. e. *facio*, դնեմ i. e. *pono*, յառնեմ i. e. *surgo*, quae in Aoristo secundo etc., ubi literam ն abjiciunt, formas quodammodo irregulares prae se ferunt. Atque առնեմ quidem in Aor. II. Ind. sonat արարի pro առի literâ geminatâ ռ in duas simplices ր resolutâ, ne haec forma cum eadem verbi առնուլ i. e. *capere*, cujus Aor. II. scribitur առի, confundatur. Imperativus, quum bisyllabus sit, in Singulari ad normam Imp. Aor. I. formatur արա՛, sed in Plur. արարէ՛ք. Part. Praes. արարող, rarius առնող scribitur, Part. Aor. արարեալ; in Fut. II. litera ր ante ց in ս mutatur: արարից, արասցես etc. Passivum hujus verbi quartam conjugationem sequitur: Praes. Ind. առնիմ Aor. II. Ind. արարայ Fut. II. Ind. արարայց, արասցիս etc.

Verbum դնել, quum in Aor. II. monosyllabum sit, sec. pag. 196. augmentum accipit, idque per omnes Indicativi personas, atque in Part. adeoque in prima persona S. Fut. II. Ind. monosyllabâ retinet: Aor. II. Ind. եդի, եդիր *) s. եդեր, եդ, եդաք, եդիք, եդին. Part. Aor. եդեալ **) Praes.

*) Contra regulam supra pag. 214. traditam.

**) Rarius, et in vulgari potius sermone reperitur դրեալ et in III. p. Plur. դրին pro եդին.

եդող et դնող. Imperativus abjecto augmento formas Ind. pers II. in Sing. *) et Plur. servat: դի՛ր, դի՛ք Fut. II. Ind. եդից, sed in reliquis personis vocali ի retentâ դիցես, դիցէ, դիցուք, դիջիք, դիցեն. Imperat. դիցե՛ս s. դիջի՛ր s. դնիջի՛ր sec. pag. 208., դիցէ՛, դիցո՛ւք, դիջի՛ք s. դնիջի՛ք, դիցե՛ն. Passivum ad quartam conjugationem formatur: Praes. Ind. դնիմ Imperf. դնէի Aor. I. Ind. եդայ Imperat. եդա՛յք, s. եդարո՛ւք Fut. II. Ind. p. I. Sing. եդայց, sed in reliquis personis ad modum Activi augmento abjecto et vocali ի assumtâ դիցիս, դիցի etc., Imperat. դիցի՛ս s. դիջի՛ր s. դնիջի՛ր, դիցի՛, դիցո՛ւք, դիջի՛ք s. դնիջի՛ք, դիցի՛ն.

Verbum յառնել, quod, ut supra pag. 33. diximus, cum sanscr. *dshâgr* et graeco ἐγείρεσθαι cognatum est, literam duplicem ռ pro ր ex regula euphonica pag. 65. traditâ ob sequentem literam ն assumit; in temporibus vero generalibus ubi ն excidit, primitiva litera ր redit. Itaque յառնել pro յարանել, sive potius, ut ex Aoristi II. forma elucet, pro յարինել scribitur. Hinc in Aor. II. qui passivam formam accipit **), յարեայ pro յարիայ sec. pag. 82. legitur, atque in II. pers. Plur. յարեայք et sec. pag. 87.

*) Quoniam III. pers. Sing. augmento abjecto unam modo literam retinet.

**) Scilicet, ut litera radicalis ի exprimatur, quae in forma ctiva haud facile stare potest, quoniam forma, qualis est յարիի in Aor. II. linguae indoli repugnat.

յարերուք. In Imperativo ratione prorsus singulari prima radicalis abjicitur, et (tanquam a forma Indicativi activa I. p. S. յարիի, III. p. S. յարի) in Sing. scribitur արի՛ *), in Plur. արի՛ք pro արիիք; sed reperitur quoque forma յարերո՛ւք. Part. Aor. II. յարեալ non legitur, sed ejus loco occurrit յարուցեալ, quod a verbo յարուցանել i. e. *resuscitare* derivandum est. Prima persona Sing. Fut. regulariter formatur յարեայց **), in reliquis vero personis vocali ի remanente forma activa in usu est: յարիցես, յարիցէ, յարիցուք, յարիջիք, յարիցեն. Imperativus regulis consentanee sonat յարիցե՛ս s. յարիջի՛ր sive sec. pag. 208. յառնիջի՛ր, յարիցէ՛, յարիցո՛ւք, յարիջի՛ք s. յառնիջի՛ք, յարիցե՛ն.

His verbis deinde adnumeranda sunt verba ճանաչեմ i. e. *cognosco* et մեղանչեմ i. e. *pecco*, quae in Praesenti et Imperfecto literam չ terminationi antepositam habent, et tanquam verba inchoativa verbis Graecorum in *ισκω* desinentibus comparanda sunt. Prius eorum ճանաչեմ pro ճանիչեմ sec. pag. 75. §. 10, 4., sive potius pro ծանիչեմ ob literam չ sequentem videtur scriptum esse cf. supra pag. 23. Hinc in Aor. II., qui passivam formam tuetur, ծանեայ, ut յարեայ a յառ-

---

*) Sed fortasse արի՛ pro արի՛ր sec. pag. 206. scriptum est. cf. ծանի՛ր, ծանի՛ք a verbo ճանաչել.

**) Juxta hanc formam alia quoque exstat cum terminatione Praesentis, յարիցեմ, quae pro Conj. Praes. յառնիցեմ subinde usurpatur, sed proprie, ut in verbis subst. vidimus, plena primae personae Futuri forma est.

նել, legitur, et in II. pers. Plur. ծանեայք s. ծաներուք, quemadmodum յարեայք s. յարերուք. Imperativus in Singulari additâ sec. pag. 206. syllabâ իր scribitur ծանի՛ր pro ծանիիր, et in Plur. ծաներո՛ւք, cujus loco etiam ծանի՛ք reperitur, quod sive a Singulari ծանի՛ր sive a forma Indicativi activa repeti potest. Part. Aor. a verbo transitivo ծանուցանել i. e. *notum reddere* deductum sonat ծանուցեալ Fut. II. p. I. S. ծանեայց *), et in reliquis personis ad analogiam verbi յառնել: ծանիցես, ծանիցէ, ծանիցուք, ծանիջիք, ծանիցեն. Imp. ծանիցե՛ս s. ծանիջի՛ր **). etc. Exstat quoque Passivum hujus verbi, quod in Praesenti et Imperfecto ad quartam conjugationem flectitur: Praes. Ind. ճանաչիմ Imperf. ճանաչէի; formae vero Aor. II. et Fut. II., quoniam Activum jam formas passivas retinet, a verbo ծանուցանել repetuntur, nempe Aor. II. Ind. ծանուցայ sive ծանուցեալ եղէ Fut. II. ծանուցայց sive ծանուցեալ եղէց.

Verbum մեղանչեմ praeter չ literam quoque ն insertam habet, et utramque unâ cum vocali auxiliari ա in temporibus generalibus abjicit. Itaque Aoristus II. passivam formam induens in Indicativo sonat մեղայ II. p. Plur. մեղայք s. մեղարուք Imperat. մեղի՛ր Plur. մեղա՛յք s. մեղարո՛ւք. Part. Aor. a մեղուցանել deductum scribitur մե-

*) Cujus loco cf. not. praeced. etiam ծանիցեմ tanquam Conj. Praes. scribitur.

**) Ita hoc verbum in Aor. II. et Fut. II. formis cum verbo յառնել prorsus fere convenit.

ղուցեալ Fut. II. p. I. Sing. մեղայց et մեղիցեմ, ut in verbo praecedente, in reliquis personis, quae activam formam accipiunt, insertâ simul, ut in verbo դնել, literâ ի, legitur մեղիցես, մեղիցէ*) etc. Denique his verbis irregularibus, uti appellantur, accensenda sunt verba լսեմ i. e. *audio*, ըմպեմ i. e. *bibo*, ուտեմ i. e. *edo*, quibus tanquam verbis defectivis in temporibus generalibus alia verba substituuntur; atque լսել quidem, licet nonnunquam in Aor. I. modo regulari formatum occurrat, e. g. լսեցի etc., plerumque tamen in Aor. II. etc. formae a radice լու s. լուր, quae primitus fortasse a radice verbi լսել haud diversa fuit, derivatae leguntur. Hinc Indicativus Aor. II., qui formam passivam assumit, լուայ scribitur, Imperativus in plurali numero eandem formam լուայք s. լուարուք habet, in singulari vero ad modum verborum activorum solam radicem լուր retinet**), Part. Aor. II. լուեալ Fut. II. p. I. Sing. լուայց et լուիցեմ, in reliquis personis, ut in verbis, de quibus modo locuti sumus, forma activa insertâ

*) Pertinet huc quoque verbum հարկանել i. e. *verberare*, *percutere*, quod praeter ն etiam literam կ radici additam in Aor. II. etc. abjicit. e. g. Aor. II. Ind. հարի III. p. S. հար s. եհար Part. հարեալ etc.

**) At litera ր hujus formae fortasse non radicalis est, sed potius characteristica secundae personae Activi, cf. ետու i. e. *dedi*, ետուր i. e. *dedisti* a տալ i. e. *dare*. Quod si accipimus, nomen լուր i. e. *auditus* non radicem, sed hanc Imperativi formam continet ac reddit.

literâ ի in usu est: լուիցես, լուիցէ etc. Imperat. լուիցե՛ս s. լուիջի՛ր etc.

Verbum ըմպել ab ըն + պել cf. pagg. 17. et 60. ut graecum ἐμπίνειν, eâdem ratione, quâ լնել, duplicem flexionem sequitur; modo enim Aoristum I. ut verbum regulare format, e. g. ըմպեցի etc., modo Aoristum II. etc. a radice արբ repetit. Inde Aor. II. Ind. fit արբի, արբեր, արբ s. էարբ etc. Imperat. ա՛րբ, արբէ՛ք Part. Aor. արբեալ sive ըմպեալ Part. Praes. արբող s. ըմպող Fut. II. արբից, արբցես etc. Imperat. արբցե՛ս s. արբջի՛ր, արբցէ՛ etc.

Verbum ուտել i. e. *edere* tempora generalia a radice կեր formans in Aoristo II. modo in activa modo in passiva forma legitur: կերի, կերեր, կեր s. եկեր, կերաք, կերէք, կերին, sive կերայ, կերար, կերաւ, կերաք, կերայք, կերան. Imperativus in Singulari activam կե՛ր, in Plurali utramque formam retinet: կերէ՛ք et կերա՛յք. Part. Aor. II. կերեալ Part. Praes. կերող Futurum II. in pers. I. Sing. itidem utramque habet formam կերայց et կերից, cujus loco etiam, quemadmodum in aliis verbis vidimus, կերիցեմ occurrit, in reliquis personis activa tantum forma literâ ի insertâ legitur: կերիցես, կերիցէ, կերիցուք, կերիջիք, sive ad normam Conj. Praes. cf. pag. 208. ուտիջիք, կերիցեն. Imperat. կերիցե՛ս s. կերիջի՛ր, sive etiam cf. pag. 208. ուտիջի՛ր, կերիցէ՛ etc. — In Passivo Praesens et Imperfectum ad quartam conjugationem flectuntur: Praes. Ind. ուտիմ Imperf. ուտիէ, Aor. II. sive eandem formam կերայ habet, sive per ver-

bum subst. լինել Participio Aor. additum formatur: կերեալ եղէ etc. Imperat. կերեալ լեր, կերեալ լերուք Fut. II. sive կերայց, sive կերիցիմ; sive etiam կերեալ եղէց Imperat. կերեալ լիջիր etc.

CONJUGATIO SECUNDA.

§. 23. Ad conjugationem secundam pertinent haud pauca activa, sed imprimis multa verba neutra, ita ut verbis intransitivis fere propria *) esse videatur, e. g. բանալ i. e. *aperire*, լալ i, e. *flere*, կարդալ i. e, *legere*, հաւատալ i. e. *credere*, անսալ i. e. *inobedientem esse*, գնալ i. e. *ire*, կալ i. e. *stare*, մնալ i. e. *manere*, զղջալ s. զղջանալ i. e. *poenitere* etc. Hinc factum est, ut permulta verba, activa etiam, in Aoristo I. **) etc. formam passivam assumerent, e. g. որսալ i. e. *venari*, Aor. I. Ind. որսացայ, իմանալ i. e. *intelligere*, Aor. I. Ind. իմացայ etc. atque pauca tantum in Passivo Praesens et Imperfectum ad passivam conjugationem flecterent, e. g. լուանալ i. e. *lavare*, Ind. Praes. Pass. լուանիմ; բառնալ i. e. *tollere*, Ind. Praes. Pass. բառնիմ; ստանալ i. e. *acquirere*, Ind. Praes. Pass. ստացանիմ***) etc. pleraque sive formam primariam retinerent, sive per Participium Aoristi cum verbo subst. լինել conjunctum passivam notionem exprimerent. cf. աղամ Praes. Ind. Pass. աղամ

---

*) Idem de conjugatione tertia dixerim.

**) Nam Aoristus II. in hac conjugatione fere non legitur. Vide supra pag. 204. sq.

***) Haec forma proprie Passivum est verbi ստացանալ, quod non exstat ab Aoristo verbi ստանալ deducti.

sive աղացեալ լինիմ Aor. I Pass. աղացայ, թանալ i. e. *irrigare* Praes. Pass. թանամ s. թացեալ լինիմ Aor. I. թացայ — հաւատալ i. e. *credere*, Praes. Pass. հաւատացեալ լինիմ Aor. I. հաւատացայ — իմանալ i. e. *intelligere*, Praes. Pass. իմանիմ Aor. I. իմացայ, ut in Activo, sive իմացեալ եղէ — մոռանալ i. e. *oblivisci*, Praes. Pass. մոռանիմ s. մոռացեալ լինիմ Aor. I. մոռացեալ եղէ etc.

Huic quoque conjugationi, ut ex exemplis modo allatis elucet, adnumerantur multa verba, quae in Praes. et Imperf. literam ն additam habent, eamque in Aor. I. etc. abjiciunt, cf. ամրանալ i. e. *firmum esse* Aor. I. ամրացայ — ընթանալ i. e. *incedere*, Aor. I. ընթացայ etc.

Reperiuntur quoque verba nonnulla hujus conjugationis, quae in Aoristo etc. a regulis paullum deflectunt; nempe:

1) Verba բառնամ i. e. *tollo* et դառնամ i. e. *redeo*, quorum litera geminata ռ, quam sequens ն sec. pag. 65. ante se postulat, in Aoristo etc. in literam primitivam ր transit, unde simul efficitur, ut litera Aoristi I. characteristica ց sec. pag. 63. in ձ mutetur*). Itaque conjugatio eorum haec est: բառնամ Aor. I. բարձի Pass. Praes. բառնիմ Aor. I. բարձայ etc. — դառնամ Aor. I. դարձայ etc.

2) Verba կեամ i. e. *vivo* et ատեամ**) i. e. *odi*, quae terminationi vocalem ե antepositam ha-

*) cf. pag. 205.

**) Sed reperitur quoque, idque saepius forma ատեմ.

bent, atque igitur in Praesenti ad secundam, in reliquis formis ad primam conjugationem flectuntur. In Imperfecto enim sec. pag. 87. cf. pag. 78. pro կեայի et ստեայի dicitur կէի et ստէի, sed in III. p. Sing. pro կէր et ստէր modo regulari scribitur կեայր et ստեայր: in Aor. I. sec. pag. 87. cf. pag. 74. §. 10, 1. կեցի et ստեցի pro կեացի et ստեացի, III. p. S. եկեաց, ստեաց; Imp. կեա՛ց, sec. pag. 198., et ստեա՛, cujus loco subinde ստէ՛ sec. p. 199: reperitur. In Futuro I. verbum կեալ duplex ց sec. pag. 64. cf. cf. pag. 202. not. *) per omnes personas retinet*): կեցից, կեցցես, կեցցէ, կեցցուք, կեցջիք, կեցցեն.

His similia sunt verba in ենամ desinentia, quae in Aor. I. literâ ն abjectâ solam vocalem ե ante terminationem retinent. e. g. արբենամ Aor. I. արբեցայ — ընտանենամ Aor. I. ընտանեցայ — մերձենամ Aor. I. մերձեցայ — յագենամ Aor. I. յագեցայ — յամենամ Aor. I. յամեցայ.

3) Verba գալ i. e. *venire* et տալ i. e. *dare*, quibus in Aoristo eoque secundo, qui praeter verbum երթալ, de quo mox sermo erit, in his tantummodo hujus conjugationis verbis habetur, aliae radicum suarum formae substituuntur.

Verbi գալ forma Aoristi II. est եկի, quam ab eadem radice, literâ modo mediâ գ in tenuem կ sec. pag. 73. mutatâ, deducendam esse dixerim. Augmentum hujus formae, quoniam radici inhae-

---

*) Idem in verbo կալ i. e. *stare* locum habet, quod praeterea a verbis regularibus nullo modo deflectit.

rere videbatur, non solum per omnes hujus temporis modos, verum etiam in Indicativo et Imperativo Futuri II. retinetur. II. pers. S. եկիր pro եկեր scribitur; in III. pers. S. եկն litera ն radici addita est, quam sec. pag. 215. not. **) cf. pag. 171. sq. pro Pronomine personali habeo; II. pers. Plur. duas formas, activam alteram, եկիք, alteram passivam, եկայք, ostendit; atque eadem in Imperativo in usu est, cujus forma singularis ե՛կ a III. pers. Sing. Indicativi abjecto personae charactere derivatur. Futurum in I. pers. Sing. formam regularem եկից servat, in reliquis vero personis, atque in Imperativo, qui cum his semper convenit, Futuri I. formas accepit. Hinc conjugatio hujus verbi haec est: Praes. Ind. գամ, գաս, գայ, գամք, գայք, գան. Conj. գայցեմ, գայցես etc. Imp. մի՛ գար, մի՛ գայք. Partt. Fut. գալոց et գալի. Imperf. գայի, գայիր, գայր, գայաք, գայիք, գային. Aor. II. Ind. եկի, եկիր, եկն, եկաք, եկիք s. եկայք, եկին. Imperat. ե՛կ, եկա՛յք. Part. Aor. եկեալ Part. Praes. եկող Fut. II. Ind. եկից, եկեսցես, եկեսցէ, եկեսցուք, եկեսջիք, եկեսցեն. Imperat. եկեսցե՛ս s. եկեսջի՛ր, եկեսցէ՛, եկեսցո՛ւք, եկեսջի՛ք, եկեսցե՛ն.

Verbo տալ in Aoristo II. forma radicis տու subest, cui in Indicativo, si primam personam Plur. exceperis, consonae personarum characteristicae nullâ vocali interpositâ sed praemisso augmento adduntur. Itaque I. pers. Sing. scribitur ետու, II. pers. Sing. ետուր, tertia vero,

quae eandem, quam prima, formam habere debebat, discriminis ergo abjectâ vocali ու sonat ետ. I. p. Plur. տուաք *), ut a secunda discernatur, vocalem ա inserit, ideoque, quum bisyllaba sit, sec. pag. 196. augmentum abjicit, II. pers. Plur, ետուք, III. pers. Plur. ետուն. In Imperativo formae Indicativi omisso augmento retinentur: տուր, տուք. Itidem Participia տուեալ et տուող, quae bisyllaba sunt, augmento carent. Futurum ratione prorsus singulari ab Aoristo recedens vocalem radicis ա in Indicativo et Imperativo assumit: տաց, տացես etc. Passivum hujus verbi in Praes. et Imperf. per Participium Aor. cum verbo subst. լինել conjunctum exprimitur; Aoristus vero terminatione passivâ radici տու additâ formatur, տուայ etc. atque eâdem formâ prima pers. Sing. Ind. Fut. տուայց nititur, at reliquae personae Futuri analogiam Activi sequuntur: տացիս etc. Flexio igitur hujus verbi haec est: Praes. Ind. տամ, տաս, տայ, տամք, տայք, տան: Conj. տայցեմ, տայցես, տայցէ, տայցեմք, տայցէք, տայցեն. Imperat. մի տար, մի տայք. Inf. տալ Part. Fut. տալոց. Imperf. տայի, տայիր, տայր, տայաք, տայիք, տային. Aorist. II. Ind. ետու, ետուր, ետ, տուաք, ետուք, ետուն. Imp. տուր, տուք. Part. Aor. տուեալ Part. Praes. տուող. Futur. II. Ind. տաց, տացես, տացէ, տացուք, տաջիք, տացեն. Imp. տացես s. տաջիր, տացէ, տացուք, տաջիք, տա-

*) Itaque haec forma a forma passiva ejusdem personae non differt.

ցե՛ն. Passivum Praes. Ind. տուեալ լինիմ; Conj. տուեալ լինիցիմ, Imperat. մի՛ տուեալ լինիր, Inf. տուեալ լինել Part. Fut. տալոց s. տալի, Imperf. տուեալ լինէի, Aor. II. Ind. տուայ, տուար, տուաւ, տուաք, տուայք, տուան, Imp. տուեալ·լե՛ր *), տուեալ լերո՛ւք, Part. տուեալ, Fut. Ind. տուայց, տացես, տացէ, տացուք, տաջիք, տացեն, Imp. տացես s. տաջի՛ր, տա-ցի՛, տացո՛ւք, տաջի՛ք, տացի՛ն.

Sequitur verbum defectivum երթալ, cujus loco in Indicativo Aoristi II. չոգայ sive sec. pag. 73. չոքայ legitur, a չու i. e. *incessus* et գալ, ut videtur, derivandum. Sed quum reliqui hujus temporis modi atque Futurum ab երթալ formentur, verisimile est, ab eadem radice Indicativum etiam Aoristi formatum esse, et abolevisse tantum, quoniam in forma certe passiva facile cum Praesente confundi potuerit. Imperativus in Singulari activam, in Plurali passivam formam habet. Futuri persona I. Sing. tanquam a formâ passivâ Aoristi deducta երթայց scribitur, sed exstat quoque alia forma plena eaque activa երթիցեմ, quae Conjunctivi Praesentis vicem gerit, ejusque flexionem per omnes personas retinet; reliquae Futuri personae retentâ vocali intermediâ ի activam formam servant, atque integra igitur hujus verbi conjugatio haec est: Praes. Ind. երթամ, երթաս etc. Conj. երթայցեմ etc. sive երթիցեմ, երթիցես, երթիցէ, երթիցեմք, երթիցէք, երթիցեն. Imperat.

*) Forma տուի՛ր non exstat.

մի՛ երթար, մի՛ երթայք, Inf. երթալ Part. Praes. երթող Partt. Fut. երթալոց et երթալի. Imperf. երթայի etc. Aor. II. Ind. չոքայ s. չոգայ, չոգար, չոգաւ, չոգաք, չոքայք, չոգան. Imp. ե՛րթ, երթա՛յք. Part. երթեալ. Fut. II. Ind. երթայց s. երթիցեմ, երթիցես, երթիցէ, երթիցուք, երթիջիք, երթիցեն. Imp. երթիցե՛ս s. երթիջի՛ք etc.

CONJUGATIO TERTIA.

Verborum conjugationis tertiae, quae pauca sunt, alia transitivam alia intransitivam notionem habent, e. g. առնուլ i. e. *capere*, արգելուլ i. e. *impedire*, սկսնուլ i. e. *incipere*, այտնուլ i. e. *inflari, intumescere*, et quum maximam fere partem neutra sint, paucissima, ne dicam nulla, in Passivo Praesentis formam passivam induunt. Reperiuntur quidem, licet rarius, Passiva հեղանիլ, առաւելանիլ, արգելանիլ, դիզանիլ, զեղանիլ, զենանիլ, թողանիլ, լնանիլ etc. sed haec ab Activis in անալ sive անել desinentibus, quorum pauca adhuc leguntur, e. g. առաւելանալ, դիզանել etc. derivata sunt, atque, quum ea partim obsoleverint, simul pro Passivis verborum հեղուլ, առաւելուլ, դիզուլ etc. usurpantur; plerumque vero activa forma in Praesenti et Imperfecto retinetur, aut, ubi necessarium ducitur, Passivum per Participium Aor. cum verbo substantivo լինել conjunctum indicatur, cf. ընթեռնուլ et ընթերցեալ լինել*), առաւելուլ, ընկե-

*) ընթերցանիլ et լսանիլ sunt Passiva verborum ընթերցանել et լսանել ab Aor. I. ընթերցայ et լսի deductorum.

նուլ, արգելուլ et արգելեալ լինել, թողուլ et թո-ղեալ լինել etc.

Aoristi I. et Futuri I. formae rarius in hac conjugatione obviae nonnisi in nonnullis verbis reperiuntur, quae literam ն in temporibus specialibus assumunt,*), e. g. ընկենուլ i. e. *projicere*, Aor. I. Ind. ընկեցի III. p. S. ընկեաց s. ընկէց cf. supra pag. 78. Pass. Aor. I. Ind. ընկեցայ Fut. I. Ind. ընկեցայց — լնուլ i. e. *implere*, Aor. I. Ind. լցի III. p. ելից s. լից cf. pag. 79. Fut. I. Ind. լցից, լցցես etc. Pass. Aor. I. Ind. լցայ Fut. I. Ind. լցայց, լցցիս etc. — խնուլ i. e. *claudere*, Aor. I. Ind. խցի III. p. S. vocali ի sec. pag. 79. insertâ եխից s. խից Imp. խի՛ց cf. pag. 198. Pass. Aor. I. Ind. խցայ — զգենուլ i. e. *induere*, Aor. I. Ind. զգեցայ Fut. I. Ind. զգեցայց. Pass. Praes. Ind. զգեցեալ լինիմ — յենուլ i. e. *inniti* Aor. I. Ind. յեցայ Imp. յեցի՛ր Part. յեցեալ — ընթեռնուլ i. e. *legere*, sec. pag. 65. pro ընթերնուլ Aor. I. Ind. ընթերցայ Imp. ընթերցի՛ր, ընթերցի՛ք ad formam Sing. sive ընթերցարո՛ւք Part. Praes. ընթերցող Part. Aor. I. ընթերցեալ Fut. I. Ind. ընթերցայց, ընթերցցիս, ընթերցցի, ընթերցցուք, ընթերցջիք, ըն-թերցցին. Imp. ընթերցջի՛ս s. ընթերցջի՛ր etc. Passivum hujus verbi, quomodo exprimatur, jam modo diximus.

---

*) Formae enim դիզեալ et կասեաց non a verbis դի-զուլ et կասուլ sed a դիզել et կասել, quae saepius leguntur, repetendae sunt; atque idem de formis լիզեալ et լեսեալ etc. statuendum videtur. cf. quoque pag. 204.

At non omnia verba literâ ն in temporibus specialibus aucta, quae ad hanc conjugationem pertinent, easdem formas admittunt; immo multo plura Aoristum II. etc. tuentur, e. g. առնուլ Aor. II. առի, սկսնուլ Aor. II. սկսայ, atque horum nonnulla ante terminationem in Ind. Aor. II. et I. pers. Sing. Ind. Fut. II. vocalem ե insertam habent, quae in temporibus specialibus ejecta videtur: cf. այտնուլ i. e. *intumescere*, pro այտենուլ*) Aor. II. Ind. այտեայ Imp. այտի՛ր — զարթնուլ i. e. *expergisci*, pro զարթենուլ Aor. II. Ind. զարթեայ Imp. զարթի՛ր — թաքնուլ i. e. *abscondi*, pro թաքենուլ Aor. II. Ind. թաքեայ — խրտնուլ i. e. *aufugere prae metu*, pro խրտենուլ Aor. II. Ind. խրտեայ — հարթնուլ ejusdem significationis pro հարթենուլ Aor. II. Ind. հարթեայ — մածնուլ i. e. *coagulari*, pro մածենուլ Aor. II. Ind. մածեայ — atque item շրտնուլ i. q. խրտնուլ, ոստնուլ i. e. *salire*, պակնուլ i. e. *terrore percuti*, պշնուլ i. e. *considerare*, սառնուլ i. e. *in glaciem converti*, սարտնուլ i. e. *abalienari*, ցածնուլ i. e. *acquiescere*, ցասնուլ i. e. *indignari*, փախնուլ i. e. *aufugere*, քաղցնուլ i. e. *esurire*. Participium Aor. II. in his verbis a forma transitiva in ու-

---

*) Sed, quum eadem verba tantum non omnia alibi terminatione չիմ assumtâ quartae conjugationi accenseantur, Aoristi II. forma in եայ desinens eodem jure ab his derivari potest, ita nempe, ut այտչիմ, զարթչիմ etc. pro այտիչիմ, զարթիչիմ etc, scripta dicantur.

ցանել exeunte formatur, e. g. այտուցեալ, զարթուցեալ etc., quoniam այտեեալ linguae indoli repugnat*). — Verbum denique երդնուլ pro երդունուլ i. e. *jurare*, ut videtur, scriptum vocalem ու in Aor. II. et Fut. II. retinet: Aor. II. Ind. երդուայ Imp. երդուի՛ր Part. երդուեալ Fut. II. Ind. երդուայց etc.

Verbum irregularc in hac conjugatione non reperitur, sed fortasse huc pertinet verbum defectivum գո՛գ i. e. *dic*, quod nonnisi in Imperativis Aoristi II. et Futuri II. legitur: Imp. Aor. II. գո՛գ, գոգէ՛ք Imp. Fut. II. գոգցե՛ս s. գոգջի՛ր, գոգցէ՛, գոգցո՛ւք, գոգջի՛ք, գոգցե՛ն.

CONJUGATIO QUARTA s. PASSIVA.

§. 25. Conjugationem quartam primitus Passivum primae conjugationis fuisse dixerim. Conjugationes enim secunda et tertia verbis neutris fere propriae videntur, unde in hac quasi nunquam, in illa vero rarius Passivum per quartae conjugationis formam exprimitur; contra, verba conjugationis primae pleraque activa sunt, quae in Passivo omnia ad quartam conjugationem flectuntur, atque ob magnam in terminationibus similitudinem Infinitivus quartae cum primae conjugationis Infinitivo saepissime confunditur, Im-

*) cf. supra pag. 228. sq. յարուցեալ et ծանուցեալ. Unum modo verbum քաղցնուլ abjectâ vocali ե format քաղցեալ.

perfectum vero fere totum in utraque conjugatione idem est. Caeterum in conjugatione quartâ verba passiva easdem vel Aoristi I. et Futuri I. vel Aoristi II. et Futuri II. formas, quas in Activo tuentur, retinent, e. g. Act. Aor. I. Ind. *սիրեցի* Pass. Aor. I. Ind. *սիրեցայ* ab Inf. *սիրել* — Act. Aor. II. Ind. *հատի*, Pass. Aor. II. Ind. *հատայ* ab Inf. *հատանել* etc.; at verba neutra et deponentia, quae activam formam non agnoscunt, primae conjugationis normam ita sequuntur, ut si in Praesenti et Imperfecto formam auctam habent, Aoristum II. et Futurum II. servent. Nam in his quoque verbis multa sunt, quae literam *ն* in Praes. et Imperf. additam habent, atque alia haud pauca, quae in iisdem temporibus literam *չ* aut literas *նչ* *) assumunt, e. g. *ծնանիլ* i. e. *nasci*, Aor. II. Ind. *ծնայ* Imp. *ծնիր* Part. *ծնեալ* — *ուսանիլ* i. e. *discere*, Aor. II. Ind. *ուսայ* Imp. *ուսիր* Part. *ուսեալ* — *սկսանիլ* i. e. *incipere*, Aor. II. Ind. *սկսայ* Imp. *սկսիր* Part. *սկսեալ* — *թռչել* i. e. *volare* pro *թռենչել* seu *թռինչել*, Aor. II. Ind. *թռեայ* Imp. *թռիր* — *փախչել* i. e. *aufugere* pro *փախենչել* seu *փախինչել* Aor. II. Ind. *փախեայ* Imp. *փախիր* — *կորնչել* i. e. *perire* pro *կորենչել* seu *կորինչել* Aor. II. Ind. *կորեայ* Imp. *կորիր* — *մարտնչել* i. e. *dimicare* pro *մարտենչել* seu *մարտինչել* Aor. II. Ind. *մարտեայ* Imp. *մարտիր*. — Ex his verba posteriori loco posita,

---

*) Vide supra pag. 228.

quae terminationem եայ in Ind. Aor. II. habent, Participium Aor. II., ut modo in tertia conjugatione vidimus, a forma transitiva in ուցանել desinente deducunt; e. g. թողուցեալ, փախուցեալ, կորուսեալ*), մատուցեալ etc. et prima persona Sing. Ind. Fut. II. in iisdem sive plena reperitur, eaque cum terminatione activa, sive a I. pers. Sing. Ind. Aor. II. deducta et in ց exiens, e. g. թողիցեմ s, թողեայց, փախիցեմ s. փախեայց, կորիցեմ s. կորեայց, մատիցեմ s. մատեայց.

Verba neutra et deponentia Participium Praesentis formant, e. g. բարբառող a բարբառիլ i. e. *pronunciare*, դաւանող a դաւանիլ i. e. *confiteri*, խօսող a խօսիլ i. e. *loqui*, կամող et կամեցող a կամիլ i. e. *velle*, atque eadem verba saepius ad modum activorum in Imperativo Aor. I. literam ց abjiciunt, e. g. ողորմեա՛ ab ողորմիլ i. e. *misereri*, խօսեա՛ etc.

Verbum տանիլ i. e. *ducere* in Aor. II. etc. literam radicalem ն in ր mutat: Ind. Aor. II. տարայ, Imperativus, qui formam activam tuetur, sonat տա՛ր Part. տարեալ Fut. II. Ind. տարայց, տարցիս s. տարցես etc.

Pertinent huc quoque verba nonnulla defectiva, nempe մարթիլ i. e. *posse* et պարտիլ i. e. *debere*, quae nonnisi in Praesenti et Imperfecto leguntur, atque verbum ունիլ i. e. *habere*, cujus loco in temporibus generalibus aliud verbum,

---

*) Vide supra pag. 224.

nempe կալնուլ sive potius կալուլ i. e. *capere, acquirere, tenere* substituitur, quod activam formam hîc illic assumit. Flectitur itaque hâc ratione: Praes. Ind. ունիմ Conj. ունիցիմ Imp. մի ունիր, մի ունիք Part. ունող Inf. ունիլ s. ունել Partt. Fut. ունելոց et ունելի Imperf. ունէի Aor. II. Ind. կալայ, կալար, կալաւ, կալաք, կալայք s. կալարուք, կալան, Imp. act. կա՛լ sive etiam abjectâ ultimâ radicali կա՛, plur. act. կալէ՛ք vel pass. կալա՛յք s. կալարո՛ւք Part. կալեալ Fut. II. Ind. կալայց, կալցիս s. act. կալցես, կալցի s. կալցէ, կալցուք, կալջիք, կալցին s. կալցեն. Imp. կալցի՛ս s. կալջի՛ր s. կալցե՛ս seu denique ad formam Conjunctivi Praes. ունիջի՛ր, կալցի՛ s. ունիցի՛, կալցո՛ւք, կալջի՛ք s. ունիջի՛ք, կալցի՛ն.

§. 26. *Verba impersonalia,* ut in aliis linguis, ita quoque in armeniaca reperiuntur; sed de his agere supersedemus, quum praeterea, quod in tertia tantum utriusque numeri persona occurrunt, peculiare quidquam non habeant.

CAPUT IV.

DE PARTICULIS.

Restant considerandae eae orationis partes quae *indeclinabiles* sunt, et *Particularum* nomine comprehendi solent, nempe: *Adverbia, Conjunctiones, Praepositiones* et *Interjectiones,* de quibus nunc deinceps disputabimus.

DE ADVERBIIS.

§. 1. *Adverbia* variâ ratione tam a Nominibus, quam a Pronominibus, adeoque a Verbis formari possunt. Ac primum quidem

1) Nomina tam substantiva quam adjectiva in variis casibus obliquis pro Adverbiis usurpantur, idque a, in Accusativo, e. g. զարդիս i. e. *nunc* ab Adj. արդի i. e. *praesens*, զառաջինն i. e. *primum* ab Adj. առաջին *) i. e. *primus*, զցայգ i. e. *noctu*, a Subst. ցայգ **) i. e. *nox*, զկնի i. e. *postea*, յաւերժ s. յաւէժ i. e. *in infinitum, continuo* cf. supra pag. 64. not. ***), յանգէտս i. e. *inter ignorantes, inscienter*, 'ի վեր i. e. *supra*, 'ի վայր i. e. *infra*, 'ի ներքս i. e. *intra*, 'ի նանիր i. e. *in vanum*, յանկարծ i. e. *inopinato*, ընդ երեկս i. e. *circa vesperam*, յերեկն i. e. *heri*, յեռանդն i. e. *nudius tertius*, (ab եռ i. e. *tres* + անդ i. e. *ibi*), յոյժ i. e. *cum vi, valde*, atque sine Praefixis, e. g. վաղիւ i. e. *cras*, երեկ i. e. *vespère*, եռանդ i. q. յեռանդն, արագ s. արագս i. e. *celeriter, subito*, փոյթ idem, անագան i. e. *tarde*, մօտ i. e. *prope*, երկրորդ i. e. *secundo*, կրկին i. e. *dupliciter*, ծածուկ i. e. *occulte* etc. — b, in Genitivo seu Dativo, e. g. կարի i. e. *valde* a կար i. e. *vis*, բռնի i. e. *violenter* a բուռն i. e. *pugnus*,

---

*) Addito nempe Affixo ն, quod in Adverbiis saepissime adnexum reperitur.

**) Hoc nomen ortum ducit a ց + այգ, ac significat proprie „ad auroram usque."

violentia, առաւօտու s. առաւօտուց et այգուն s. այգուց i. e. *mane*, „des Morgens" մեկին ac deinde մեկն*) i. e. *unice, solum, simpliciter*, a միակ i. e. *unicus, solus*, ձրի i. e. *gratis*, a ձիր i. e. *donum*, գիշերի i. e. *noctu* etc. — c, in Ablativo, e. g. 'ի հեռաստանէ i. e. *e longinquo*, 'ի մօտոյ i. e. *e propinquo*, յառաջոյ s. յառաջինմէ i. e. *prius, antea*, յետոյ i. e. *postea, pone*, 'ի վերջէ s. 'ի վերջոյ i. e. *a fine, tandem*, 'ի բնէ i. e. *a natura, naturaliter*, 'ի մասնէ i. e. *a parte, partim*, 'ի հարկէ i. e. *necessario*, etc. — d, in Instrumentali, e. g. սակաւ i. e. *modice, paullum* a սակ i. e. *mensura, modus*, նենգաւ i. e. *cum fraude, fraudulenter*, հարկաւ i. e. *necessario*, դժուարաւ i. e. *difficile*, դիւրաւ i. e. *facile*, ճշմարտիւ i. e. *in veritate, vere*, կամաւ i. e. *cum voluntate, libenter*, հաւաստեաւ i. e. *certo*, շտապաւ s. ճեպով**) i. e. *festinanter*. Saepius vero flexiones Nominum obsoletae retinentur, e. g. գիշերայն et զգիշերայն i. e. *noctu* a գիշեր, ի — առժամայն i. e. *illico, statim* pro առժամուն — ար տնին i. e. *in hac domo* a տուն i. e. *domus* — 'ի մերկուց i. e. *nude* pro 'ի մերկոց — et Ablativi in ուստ exeuntes, de quibus vide supra pag. 111. sq.: յանկարծուստ i. e. *ex improviso*, 'ի բացուստ i. e. *e longinquo*, 'ի վերուստ i. e. *desuper*, յետուստ i. e. *a tergo*, արտաքուստ i. e. *extrinsecus* — porro Instrumentales: սակաւ i. e. *paullum*

---

*) Inde derivatur verbum մեկնել i. e. *separare*.
**) ճեպ enim a շտապ oriundum esse dixerim.

pro սաստիւ — խստիւ i. e. *severe*, հեշտեաւ i. e. *facile*, արդարեւ i. e. *vere*, ստորեւ i. e. *infra* etc. Sed quum Accusativus praesertim et Genitivus Adverbiis exprimendis inservirent, factum est, ut eorum terminationes nonnunquam aliis terminationibus adderentur, atque ita duae adeoque tres casuum terminationes in una voce convenirent, e. g. երկիցս i. e. *bis*, երիցս i. e. *ter* etc. քանիցս i. e. *quoties*, գլխովին i. e. *cum capite*, *plene* a գլուխ i. e. *caput*, բոլորովին et բոլորովիմբ cf. supra pag. 114. i. e. *prorsus*, կամովին i. q. կամաւ i. e. *libenter*, նշանացի i. e. *per signa*, ազգովիմբ i. e. *nationaliter*, ձեռամբացի i. e. *cum manu*, *manu propriâ* etc. Praeterea Adverbia per compositionem exoriuntur, quemadmodum զմիջաւուրբ i. e. *circa meridiem* a մէջ i. e. *medius* et օր i. e. *dies*, ac nonnulla nomina in aliorum fine posita his adverbialem notionem addunt, nempe բար i. e. *mos*, պէս i. e. *modus*, *ratio*, օրէն i. e. *lex*, e. g. դիւրաբար i. e. *facile*, ծածկաբար i. e. *occulte*, մարդկաբար i. e. *humane*, երագապէս i. e. *celeriter*, յայտնապէս i. e. *publice*, *evidenter*, բաւականապէս i. e. *sufficienter*, հրէարէն i. e. *ad legem Hebraeorum*, *hebraice*, յունարէն i. e. *ionice* s. *graece*, եբրայերէն i. e. *hebraice*, հայերէն *) i. e, *armeniace*.

2) Item Pronomina in variis casibus obliquis adverbialiter usurpantur a, in Genitivo et Dativo, e. g. այսր, այդր i. e. *hîc*, *istic*, et անդր pro այնր

*) Nempe in his vocibus diphthongus o seu աւ ob vocales praecedentes modo in ա modo in ե transit.

i. e. *illic*, ու՞ր i. e. *ubi?*, et additis Suffixis ք seu մն, cf. pag. 180. ուրեք i. e. *alicubi*, ուրեմն idem etc., է՞ր i. e. *cur?*, հի՞մ cf. pag. 178. idem, ինքնին i. e. *sponte*, b, in Accusativo, e. g. զի՞ i. e. *quid, cur?*, զի՞նչ i. e. *quid?*, յո՞ i. e. *ubi?*, մի — միւս i. e. *primum — deinde* s. *primo — secundo loco*, c, in Ablativo, e. g. աստի, աստէն, աստուստ i. e. *hinc*, անդէն, անտի, անդուստ i. e. *illinc*, այլուստ i. e. *aliunde*, զմէ՞, առիմէ՞ i. e. *a quo, cur?*, ու՞ստ i. e. *unde?*, ուստեք i. e. *alicunde*, ինձէն i. e. *a me ipso*, քեզէն i. e. *a te ipso*, մեզէն i. e. *a nobis ipsis*, ձեզէն i. e. *a vobis ipsis*, d, in Instrumentali, e. g. ի՞ւ i. e. *quo?, quomodo?*, իւիք i. e. *aliquo modo*, atque ե՞րբ i. e. *quando?*, quod ab eodem Pronomine int. ի՞ tanquam alteram Instrumentalis formam a Genitivo է՞ր profectam derivandum duco, unde additis Suffixi ք vel մն fiunt, երբէք et երբեմն i. e. *aliquando*, e, additâ Genitivi notâ, e. g. ուստի՞ i. e. *unde*, անդստին i. e. *illinc*, իւրովի i. e. *per se ipsum, sponte*. Denique etiam per compositionem cum aliis Pronominibus aut cum Nominibus formantur Adverbia, e. g. այժմ pro այս ժամ, այժմու pro այս ժամու i. e. *hâc horâ, nunc*; այժմէն i. e. *ab hac hora, hinc, ideo*, յայնժամ i. e. *tunc*, այլուր i. e. *alibi*, այլուստ i. e. *aliunde*, յո՞րժամ i. e. *quando?*, այսպէս i. e. *hâc ratione, ita*, այսչափ i. e. *tantum*, այլապէս i. e. *aliter*, ո՞րպէս i. e. *quomodo?* etc.

3) Denique a Verbis pauca quaedam Adver-

bia derivantur, e. g. գուցէ i. e. *fieri potest*, *fortasse*, եթէ seu եթէ թէ i. e. *num esse potest?*, *num fortasse*, adeoque cum terminatione Instrumentalis եթէւ i. e. *utinam sit! utinam!* դարձեալ i. e. *reversus*, *iterum* a դառնալ i. e. *redire*, գրէ, գրէ թէ, գրէ եթէ, գրեթէ, գրեա թէ (Imp. Aor. I. verbi գրել i. e. *scribere*) i. e. *quasi*, *fere*, գոգ, գոգցես, գոգցես թէ, գոգցես իմն, Imp. Fut. i. q. գրէ etc.

Praeterea exstant quoque Adverbia, quae primitiva esse videntur, e. g. ոչ et decurtatum չ i. e. *non;* sed hujus origo fortasse in Pron. int. ո quaerenda est; երբ i. e. *quomodo*, *quando*, quod a Pron. Int. ի derivari potest, unde երբեւ eadem significatione formatur, միշտ i. e. *semper*, contractum fortasse e մի շար i. e. *uno tenore; continuo*, այո i. e. *immo*, quod in lingua quoque turcica reperitur, օն i. e. *age*, քաւ i. e. *minime*, *absit! cave*, գէթ i. e. *saltem*, գոնէ sive sec. pag. 78. գոնեա vel գոնեայ (fortasse pro գոյ նէ i. e. *est illud*) i. e. *saltem*, *forte*, բայ i. e. *immo*, *certo* a բայ i. e. *verbum*, գույշ s. գուշ vel գուշ թէ i. e. *forsitan* (sc. de rebus infaustis) a գույժ sec. pag. 60. sq. i. e. *nuntius tristis*, դեռ et դեռեւս i. e. *hucusque*, *adhuc*, *recens* fortasse Genitivus voeis դուռն i. e. *porta*, *ingressus* sec. flexionem verbi քայլ Gen. քեռ, առ i. e. *potius*, *multo magis*.

Denique habentur etiam Adverbia, quae tanquam Praefixa vocibus varii generis praeposita adverbialem iis notionem addunt, nempe ա, ան,

ամ, quae α privativo Graecorum respondent; ex his forma ան, quae usitatissima est, ante omnes literas usurpatur, ա vero tantummodo ante consonantes, et ամ nonnisi ante literas labiales բ, պ, subinde locum habet, e. g. անագահ i. e. *non avarus, liberalis*, անբաժանելի i. e. *indivisibilis*, ամեհի i. e. *ferox, crudelis* ab ա + մեղ s. մեղր i. e. *sine melle, non dulcis, immitis*, ամէն i. e. *omnis* ab ա + մէն i. e. *non unus*, ամբիծ s. անբիծ i. e. *sine macula, purus*, ամպարիշտ s. ամբարիշտ i. e. *irreligiosus*, cf. pagg. 60. et 64. Ejusdem significationis sunt չ, տի et տ, quorum primum, չ, ex ոչ exortum est, secundum vero տի, in tribus tantum vocibus *) earumque derivatis et compositis legitur, tertium denique, տ, ex secundo decurtatum saepius occurrit, e. g. չաստուած i. e. *non deus, idolum*, չկամել i. e. *nolle*, տէր pro տայր i. e. *non vir, dominus*, տիկին i. e. *non femina, regina*, տիեզերք i. e. *non finis, infinitum, mundus universus*, տկար i. e. *impotens*, տգեղ i. e. *non formosus, informis* etc. Porro pertinent huc Praefixa զ, յ quae, licet in Nominibus plerumque Praepositionum vices gerant, certis tamen quibusdam tam Nominibus quam Verbis praeposita nil nisi vim eorum augere videntur. cf. pagg. 62. et 69. Denique his accensendum est դժ, cujus loco in vocibus nonnullis թշ, atque etiam տժ scribitur, e. g. դժբաղդ i. e. *infelix*, թշուառ **)

*) cf. supra pag. 132. Not. *).

**) cf. supra pagg. 21. et 57.

i. e. *inimicus*, դժգոհ et [illegible]ժգոհ i. e. *non contentus*. Exortum hoc est e դուժ, quod in voce խուժադուժ i. e. *inhumanus*, *crudelis* adhuc reperitur, atque sanscrito *dur*, *dus*, graeco δυς cognatum est.

DE CONJUNCTIONIBUS.

§. 2. *Conjunctionum* nonnullae primitivae sunt, aut certe tales videntur, e. g. ապա i. e. *tunc*, մինչ i. e. *dum*, քան latinae *quam* comparanda, թէ s. եթէ i. e. *ut* sanscritae *jathâ* respondens, sed alterâ significatione, *si*, ab է թէ i. e. *est*, *ut*, quomodo videtur, exorta; et բամ, բաս, բայ s. բա i. e. *quod*, quae trium personarum Sing. Ind. Praes. verbi inusitati բալ, quod dicendi notionem fortasse habuit, speciem prae se ferunt.

Aliae vero, eaeque plurimae Conjunctiones e Nominibus, praesertim vero e Pronominibus originem ducunt, atque haud paucae earum e varia variarum orationis partium compositione aut connexione oriuntur, e. g. 1, e Nominibus կամ i. e. *vel* a կամ i. e. *voluntas*; fere ut in lingua latina, իսկ i. e. *veritas*, *verum*, *vero*, բայց i. e. *sed* a բայ i. e. *verbum?* սակայն i. e. *tamen*, a սակ i. e. *mensura*, *numerus?* 2, e Pronominibus և s. ու i. e. *et*, cf. pag. 170., եւս i. e. *etiam*, cui Affixum ս *) additum est, նա i. e. *etiam* a Pron. demonstr. նա i. e. *ille*, այլ i. e. *autem* ab այլ i. e. *alius*

*) cf. pagg. 173. sqq.

cf. *ἄλλος* et *ἀλλά*, զի i. e. *quod, ut, nam, quia,* a Pron. int. ի՞ i. e. *quid?* ըստ որում i. e. *secundum quod, quomodo* a Pron. rel. որ, quod et in casu recto Conjunctionis *quod* hic illic vicem gerit, ուր i. e. *ubi* sensu relativo, ուստի i. e. *unde, quare,* ուրեմն i. e. *igitur,* 3, e conjunctione Nominum cum Pronominibus այլ սակայն i. e. *veruntamen*, օրինակ իմն seu զոր օրինակ i. e. *exempli gratia,* այսր աղագաւ i. e. *hujus causa,* նմին իրի i. e. *eâdem de causa,* որովհետեւ i. e. *in cujus consecutione, ex quo tempore, quare,* 4, e duobus Pronominibus այլեւ i. e. *verum etiam,* նաեւ i. e. *atque etiam,* այսինքն i. e. *hoc ipsum, id est, nempe,* որպէս զի i. e. *ita, ut,* այնու զի i. e. *quare,* այն զի i. e. *quia, nam,* 5, e compositione Nominis cum Conjunctione թէպէտեւ s. թէպէտ i. e. *licet, quamvis* pro եթէ պէտք եւս լինիցին i. e. *etiamsi necesse sit,* 6, e duabus Conjunctionibus seu Conjunctione et Pronomine մինչեւ i. e. *dum,* մինչ զի i. e. *donec*, bis daß, *ita, ut,* ապա եթէ s. ապեթէ i. e. *tunc si, sin vero* etc.

DE PRAEPOSITIONIBUS.

§. 3. *Praepositiones* partim mera sunt Praefixa, unâ tantum literâ constantia, quemadmodum զ, 'ի s. յ, ց, quorum origo altius latet cf. pagg. 101. et 116., partim Nomina sunt in variis casibus posita, quae plerumque Genitivum casum regunt, partim denique Conjunctiones seu Adverbia, quae cum Nominibus conjuncta certum quendam casum post se requirunt.

Ex his cum Genitivo construuntur: թարց sive sec. pag. 60. թանց i. e. *sine* pro դարձ *) sec. pagg. 57. et 63. i. e. *reversus, reditus* Part. et Nomen, վասն i. e. *propter*, պէս i. e. *in modum* proprie *modus*, semper postpos., արտաքս et արտաքոյ i. e. *extra* ab արտ i. e. *campus* cum nota Plur. -ք, cui terminationes casuum, adeoque Sing. numeri adduntur, փոխան s. փոխանակ i. e. *loco, vice, pro*, ներքոյ s. 'ի ներքոյ i. e. *intra, infra, sub* **) a ներ Nom. inus. cum nota Plur., 'ի վեր s 'ի վերայ s. 'ի վերոյ i. e. *supra* a վեր Nom. inus. մակ i. e. *supra*, 'ի մէջ s. 'ի մէջն s. 'ի մէջոյ i. e. *in medio, e medio*, 'ի ձեռն i. e. *per manum, per*, զօրէն i. e. *ad legem, ad modum*, զհետ i. e. *post*, a հետ i. e. *vestigium*, յետ idem, զկնի i. e. *post* a կնի i. e. *figura impressa, vestigium*, յաղագս praepos. s. աղագաւ postpos. i. e. *propter* ab աղագ i. e. *ratio, causa*, 'ի պատճառս s. պատճառաւ idem, 'ի մնատար idem, սակս s. 'ի սակս idem a սակ i. e. *numerus, conditio*, յաջմէ s. ընդ աջմէ i. e. *a dextra*, 'ի ձախմէ s. ընդ ձախմէ et յահեկէ s. ընդ ահեկէ i. e. *a sinistra*, առանց i. e. *sine*, proprie *transitus, in transitu*, առաջի s. առաջոյ i. e. *coram*, proprie *ad dextram*, ընդ առաջ i. e. *obviam, contra*, proprie *ad partem anteriorem* sive *ad eam partem, quae ad dextram jacet*, յայսկոյս i. e. *in hoc latere, cis, citra*, յայնկոյս i. e. *in illo latere, ultra.*

---

*) cf. ապաթարց pro ապադարձ i. e. *apostrophus.*

**) cf. Praef. sanscr. *ni.* Vide Bopp Grammat. sanscr. lat. §. 110. p. 69.

Cum Genitivo et Dativo construuntur պէս i. e. *modus, ad modum,* postpos., գունակ idem modo praepos. modo postpos., ընթեր pro ըն + թեր sive pro ընթ i. e. ընդ sec. pag. 57. + եր = *in latere, ad latus, prope,* առ ընթեր idem, ընդդէմ s. դէմ ընդդէմ i. e. *in faciem, facies in faciem, versus, contra,* հանդէպ pro համդէպ sec. pag. 57. i. e. *coram,* յանդիման a յ + ըն + դէմ, դէմ յանդիման, ակն յանդիման, յայտ յանդիման i. e. *coram.*

Accusativum regunt cum praefixo զ: զերթ sive sec. pag. 57. զերդ i. e. *ad viam, in modum,* իբր sive additâ copulâ իբրև s. իբրու i. e. *sicut, instar,* քան i. e. *quam,* et rarius quoque որպէս i. e. *quomodo, instar* — cum Praefixo 'ի s. յ, s. ց, մինչ sive adnexâ copulâ մինչև i. e. *usque;* et կոյս, կողմն i. e. *latus,* quae potius per appositionem nominibus postponuntur.

Dativum sive Accusativum praeposito 'ի s. յ requirunt: դէմ, դէպ i. e. *versus,* հուպ, մերձ, մօտ pro մուտ i. e. *prope,* կից, զոյգ, նման, quae Adjectiva potius nominanda sunt, i. e. *simile,* հակառակ i. e. *contrarius, contra,* փոխարէն pro փոխօրէն i. e. *in compensationem, pro.* — His adde վեր i. e. *superior, supra,* quam sive Dativus sive Accusativus cum praefixo զ sequitur.

Cum Ablativo construuntur բայց i. e. *sed, sine,* բաց i. e. *extra, sine,* proprie Part. verbi բանալ sign. *apertus,* գաղտ i. e. *in occulto clam,* զատ i. e. *separatus, extra,* հեռի i. e. *absens, procul,* հետէ Abl. a հետ i. e. *vestigium,*

quae lege appositionis nominibus postponitur, մեկուսի a մի + կոյս i. e. *unius partis, separatim, procul, sine,* ուրոյն i. e. *separatim, extra, sine,* բաց i. e. *cave, extra, sine.*

Cum Dativo et Ablativo construuntur դէպ վերոյ et գեր 'ի վերայ s. գեր 'ի վերոյ i. e. *supra.*

Genitivum, Dativum, Accusativum et Ablativum regit ըստ, orta, ut videtur ex աստ s. աստի i. e. *ab hoc loco,* unde notiones *supra, post, secundum,* derivantur.

Instrumentalem requirit չափ i. e. *terminus, ad terminum, usque,* nominibus semper postposita et շուրջ i. e. *circum* cum Praefixo զ nomini praeposito.

Cum Genitivo et Instrumentali construitur հանդերձ ex համ + դարձ pro համդարձ s. համդերձ *) cf. pag. 57. i. e. *simul reversus, cum,* atque շուրջանակի i. e. *circum,* quae pariter atque շուրջ Praefixum զ Instrumentali praepositum requirit.

Denique cum omnibus casibus obliquis conjunctae occurrunt առ et ընդ, quae serius in mera praefixa abierunt; առ proprie *id, quod capitur* tanquam Praepositio significat, *ad, secundum, propter,* ընդ vero sive ենթ sec. pag. 57. ab անդ i. e. *ibi,* ut videtur, derivanda denotat *in, cum, per, propter, sub.*

Harum praepositionum nonnullae in initio vocum compositarum leguntur, nempe: առ, բաց,

---

*) cf. բարձրաբերձ pro բարձրաբարձ.

դէր, ընդ s. ենթ, ըստ, հետ, մօտ, մերձ, յետ, շուրջ, cujus vocalis sec. pag. 85. in compositione abjicitur, վայր, վեր s. վեհ sec. pag. 65. — Exstant vero etiam aliae haud paucae, quae tantummodo in compositione Praepositionum naturam induunt, nempe: ապա s. ապի et ante vocales ապ cum sanscr. *apa* gr. ἀπὸ lat. *ab* cognata denotat *sine*, e. g. ապիկար i. e. *sine potentia, impotens, debilis*, ապաշխարան i. e. *locus a mundo separatus*, ապերախտ i. e. *sine gratia, ingratus*, ապագործ i. e. *sine labore, segnis*; արտ proprie *campus* in compositione significat *extra, ex*, e. g. արտաբերել i. e. *efferre*; բաժ proprie *pars, portio haereditaria*, hinc բաժորդ i. e. *filius portionis, particeps*, quae vox serius sec. pag. 53. in հաղորդ mutata est; բաղ a բաժ derivanda significat *cum* e. g. բաղաձայն i. e. *consona*; դէր a դուռն s. դուռ fortasse descendens denotat *pro*, ἀντι, e. g. դերանուն i. e. *pronomen*, դերաքրիստոս i. e. *antichristus*; հակ fortasse id quod հաղ et բաժ designat *id, quod ab una parte est*, ideoque alteri sive reliquis partibus oppositum, hinc in compositione denotat *contra*, ἀντι, e. g. հակակայ i. e. *contra stans, oppositus*; համ sive ante literas non labiales հան i. q. sanscr. *sam*, lat. *con*, e. g. համադրութիւն i. e. *compositio*, հանգոյն i. e. *concolor*; հոմ ejusdem significationis, et graecae, ut videtur, originis, e. g. հոմանուն i. e. ὁμώνυμος; յար proprie *conjunctus*, in compositione significat *semper, ad*, e. g. յարածածուկ i. e. *semper occul-*

tus, յարադրել i. e. *apponere*; ներ proprie *id, quod intra est*, in compositione significat *in*, e. g. ներածել i. e. *introducere*, ներագրել i. e. *inscribere*; շար i. e. *series, catena, compositio*, hinc in comp. *cum, con*, e. g. շարադասութիւն i. e. *coordinatio*; պատի i. q. sanscr. *prati* gr. προτι, προς, *contra*, in voce պատերազմ i. e. *bellum*; պար i. q. sanscr. *pari*, gr. περι, *circum*, e. g. պարագրել i. e. *circumscribere*; ստոր i. e. *id, quod infra est, infra, sub*, e. g. ստորակայ i. e. *subjectum*; տար fortasse pro օտար i. e. *alienus, peregrinus*, hinc *extra, ex*, e. g. տարօրէն i. e. *qui extra legem* seu *contra legem agit, iniquus*, տարադէպ i. e. *inconveniens*; տրամ i. q. *dis*, δια, e. g. տրամադրել i. e. *disponere*, տրամախօս i. e. *dialecticus*; փոխ i. e. *mutuum*, i. q. փոխան in compositione *trans*, e. g. փոխադրել i. e. *transferre, transportare*.

DE INTERJECTIONIBUS.

§. 4. *Interjectiones* usitatiores sunt:

1) optantis: երանի՛ proprie *felix*, երանի՛ թէ i. e. *felix, si*, յանկա՛րծ i. e. *inopinato*, կցէ՛ թէ, կցի՛ւ i. e. *fieri potest, fortasse*, ո՛վ, օ՛շ, quae omnes notionem vocis *utinam* habent.

2) admirantis: ո՞, ո՞վ, ո՞վ թէ, բա՞բէ, վա՞շ i. e. *aha, hem, papae*.

3) gementis: ո՛ ո՛, ո՛վ ո՛հ, ո՛հ ո՛հ, է՛հ, ը՛հ, վա՛յ, վա՛յ վա՛յ, ա՛ ա՛, ափսո՛ս, աղէ՛տ, աւա՛ղ, եղո՛ւկ, բա՛բէ, i. e. *ah, eheu, proh, vae*.

4) laetantis: վա՛շ, վա՛շ վա՛շ, ո՛հ ո՛հ i. e. *evoe*.

5) irridentis: վա՜հ, վա՜շ, ո՜հ, յե՜հ, ե՛հէ, հը՜հը, այ, է՜, i. e. *hem*, *vah*.

6) minantis et irascentis seu reprehendentis: այ, ո՜վ, ե՜շտ, այի՜, հո՜ւշտ, տի՜ր, տի՜, i. e. *vae*, *phui*.

7) adhortantis: ա՜ղէ, հա՜պա, օ՜ն, հա՜, i. e. *eia*, *age*.

His adde Imperativos թո՜ղ i. e. *sine*, ա՜ծ, բե՛ր i. e. *affer!* ե՛կ i. e. *veni!* ե՛կ բե՛ր i. e. *veni* et *affer!*

ADDENDA ET CORRIGENDA.

Pag. 12. lin. 10. pro „օրէնսուուսողյց“ lege „օրէնսա-ուսողյց“.

Ad pag. 14 sq. cf. Brosset „Memoires inedits, relatifs à l'histoire et à la langue georgienne." Par. 833. 8., pag. 5.

Pag. 17. et saepius pro „hodienum" lege „hodieque."

Pag. 17. lin. 10. pro „גב" lege „גב."

Ad pag. 17. adde: „բարձ“ et cf. Pott etymol. Forsch. p. 124.

Pag. 20. lin. 12. pro „S. 22." lege „sqq."

Ad pag. 21. adde: արտ = H. ארץ — ատել = *odisse* — տալ = H. נתן.

Pag. 22. lin. 8. a fine verba „S. *sahasra* Z. *hazanra*" expungenda, atque inferius post հազար = inserenda sunt.

Ad. pag. 22. adde: զոհ = H. זבח.

Pag. 23. lin. 9. a fine pro „ר“ lege „ד.“

» » lin. 10. a fine pro „s.“ lege „S.“

Ad pag. 27. adde: խոտ cf. Gr. χορτον.

Pag. 28. lin. 12. pro „*llamma*“ lege „*llama.*“

» » lin. 14. ac saepius pro „modo“ lege „mox.“

Pag. 31. lin. 17. pro „eorum“ lege „earum.“

» 35. lin. 1. pro „è“ lege „iè,“ et cf. Dobrowsky Entwurf zu einem allgem. Etymologikon der slav. Sprachen ed. II. p. 13. §. 12. Ibidem adde: ելանել cf. H. עלה.

Pag. 37. Ad pronunciationem vocalis ո adde, eam sequente վ semper legi *ô* e. g. ձով lege *dzôv.*

Pag. 42. lin. 2. a fine pro „excepto“ lege „exceptis.“

Pag. 43. lin. 5. verbis „quae in flexione tantum occurrunt“ adde „atque, licet rarius, in mediis nominibus seriori tempore pro իւ s. եւ scribebatur. cf. գեաւղ et եաւթն.

Pag. 46—48. pro „ծ“ lege „ժ.“

Ad pag. 52. sq. cf. բակ et փակել.

» » 56. l. 15. adde: Sed cf. սովոր.

Pag. 61. lin. 7. sq. pro „Հասան i. e. *Hassan*“ lege „Կրասոս i. e. *Crassus.*“

Ad pag, 62. l. 4. cf. շրանուլ, խրանուլ et հարթնուլ.

Ad. pagg. 62. et 64. cf. voces ital. in dia-

lecto Venet., quales sunt: *zonti* pro *giunti*, *zocare* pro *giocare* s. *giuocare*.

Pag. 64. lin. 11. a fine pro „usu evenit" lege „in usum venit."

Ad pag. 65. հ pro ր in voce նոյհ pro նոյր.

» » 69. խ commutatur cum շ in voce խարխափ = խարշափ. cf. *ch* in lingua gallica.

Ad pag. 70. l. 3. cf. Dobrowsky Entw. zu einem allgem. Etymol. der slav. Spr. ed. II. p. 15. §. 16.

Ad pag. 71. cf. Bopp vergl. Grammat. p. 18. sed vide supra p. 64. et infra pagg. 107. et 118.

Ad. pag. 73. կ transit in ղ in voce մատաղ pro մատակ.

Ad pag. 75. Vocalis ա per aphaeresin abjicitur in voce նօսր pro անօսր.

Pag. 76. pro „պայծառն etc." lege „փայծաղն etc."

» » lin. 5. pro „յուանաւք" lege „լուանաւք."

Pag. 77. l. 6. adde: Sed rectius fortasse forma ապարասան deducitur ab ապա + երասան, ita, ut vocalis ե non mutata, sed abjecta sit.

Ad pag. 79. Abjicitur ի ante terminationen Ablativi, e. g. 'ի քաղաքէ pro 'ի քաղաքիէ, 'ի դաշնէ pro 'ի դաշնիէ.

Ad. pag. 82., 3. b. Causa hujus permutationis haec est: secundum pag. 75. vocalis ա inserenda est, quae cum praecedente ի in diphthongum եա coalescit. Sed deinde, quum in media voce atque in syllaba igitur tono destituta breves semper vocales sec. pag.

74. §. 10, 1. ponantur, diphthongus եա in vocalem ե abiit. cf. pag. 87.

Pag. 102. not. *) adde: In aramaica quoque dialecto pronomen relativum pro nota Genitivi usurpatur.

Ad pag. 107. cf. affixa graeca *δε*, *σε*, *ζε* in *οἰκαδε*, *ἐκεισε*, *χαμαζε*.

Ad pag. 108. not. **) Praefixum ց non tantum nominibus, quae personam, verum etiam iis, quae certum aliquod tempus indicant, atque rarius etiam aliis praemittitur.

Pag. 110. lin. 10. pro „adsumunt" lege „adsumant."

Pag. 116. lin. 12. pro „repetere" lege „repetendam esse."

Pag. 120. lin. 7. pro „sed forma" lege „sed a forma."

Pag. 140. lin. 6. a fine pro „ասաւոց" lege „աստուոց."

» 143. lin. 14. pro „pronunciabatur" lege „pronunciaretur."

Ad pag. 151. lin. 10. adde: reperitur quoque forma երկերոյր pro երկերիւր ap. F. Byz. p. 105. Vide supra pag. 88.

Ad pag. 153. adde: reperitur quoque չորեք cf. Gen. 23, 15.

Ad pag. 170. Similiter supra pag. 23. diximus vocem ձեռն respondere sanscr. *kara*.

Pag. 172. post lin. 19. inserenda sunt haec: „Ex his nova porro Pronomina possessiva additâ terminatione adjectivâ ին formantur, քոյին nempe

et huic similiter formata իմոյին, իւրոյին, մերոյին, ձերոյին, (cf. gr. ὑμος et ὑμετερος lat. *noster* et *nostras* etc.) quae indeclinabilia sunt, atque etiam insertâ vocali ա, իմային, մերային, ձերային, իւրային, adeoque իւրեանցային, quae ad quartam declinationem flectuntur, et literam ն in casibus obliquis saepe abjiciunt: իմայնոյ et իմայոյ a forma Nominativi inusitata իմայ, իմայով, իմայինք, իմայնոց et իմայոց, իմայնովք et իմայովք etc.

Ad pag. 174. §. 4. adde: In Mos. Choren. Rhetor. reperiuntur etiam formae սէ, նէ, Gen. ներա tanquam femininae loco Pronn. սա, նա, Gen. նորա.

Pag. 189. lin. 6. a fine pro „indicatur" lege „indicetur."

Ad pag. 192. In aliis linguis Infinitivus passivus plane non exstat. cf. Ewald Gr. arab. p. I. p. 162. §. 275.

Pag. 194. lin. 10. deleatur „neutra et", ac cf. pag. 243.

Ad pag. 196. cf. Gr. act. τιθημι pass. τιθεμαι.

Ad pag. 196. not. *) adde: Hoc imprimis locum habet in verbis, quae a consonante հ seu յ incipiunt. e. g. էհան s. եհան a հանել, էյարկ s. եյարկ a յարկանել.

Ad pag. 197. sq. adde: Formam III. p. Sing. Aor. I. Ind. Act. in ց exeuntem participialem esse apparet quoque e formis nominum subst. et adject., quales sunt: անմնաց i. e. *non ma-*

nens, *variabilis*, անմոռաց i. e. *non obliviscens*, բարձ, դարձ etc.

Ad pag. 199. cf. Vardan ed. Par. fab. 10. բաժանէ՛ pro բաժանեա՛. fab. 13. աղօթէ՛ pro աղօթեա՛.

Pag. 201. lin. 9. a fine pro „deducta" lege „deductum."

Pag. 214. lin. 10. a fine adde: Sed scribitur եղիր pro եղեր a դնել cf. pag. 226. et եկիր a գալ cf. pag. 235.

Pag. 217. lin. ult. pro „substantivorum" lege „verborum subst."

In tabula verb. subst. ad pag. 217. in Ind. Fut. II. verbi լինել I. p. Pl. pro „լեցիմք" lege „լեցուք."

Pag. 225. lin. 17. pro „ասացիր" lege „ասացեր."

» 231. » 7. Forma Aoristi արք fortasse a Praepositione առ + պ repetenda, et pro առպ sec. p. 51. §. 4, 1. scripta est.

Pag. 231. lin. 2. a fine pro „ուտիէ" lege „ուտէի."

» 232. » 8. a fine pro „primariam" lege „primitivam."

Ad pagg. 228. et 242. Verba, quae literam չ ante terminationem in temporibus specialibus insertam habent, videntur ex Adjectivis in իչ desinentibus derivanda esse.

Ad pag. 243. Apud. Faust. Byz. p. 172. legitur Plur. Imperat. տարա՛յք.

Pag. 246. l. 21. pro „ար տնին" lege „առ տնին."

Ad pag. 248. ուր cf. graec. *ποῦ*, *οὗ*.

Ibidem l. 18. pr. „Suffixi" lege „Suffixis."

Pag. 251. lin. 5. adde: Ejusdem generis sunt etiam դեռ i. e. *adhuc*, *recens*, e. g. դեռակայ i. e. *adhuc stans*, դեռածին i. e. *recens natus*; et թեր i. e. *ex parte*, *partim*, a թեր i. e. *latus*, *pars*, e. g թերահաւատ i. e. *cujus fides manca est*, *credulus*.

Pag. 256. lin. 17. adde Praefixum ըն s. ըմ ante literas labiales բ, պ, graeco ἐν lat. *in* respondens, e. g. ընձեռել i. e. *in manum dare*, „einhändigen", ըմպել i. e. ἐμπινειν, ըմբռնել i. e. *prehendere pugno* s. *in pugnum* ab ըն + բուռն. Sed hoc Praefixum subinde etiam praeter compositionem occurrit, et tanquam Praepositio cum Dativo et Accusativo construitur.

Reliqua vitia, quae leviora puto, ac praesertim ea, quae in vocibus arabice scriptis ob typorum defectum haud facile emendari poterant, aequi lectores nobis ignoscent.

Berolini, typis Petsch.

